i Et ingreſſus. dictam cameram.
k Vidi: ⁊ ecce omnis ſimilitudo
reptilium ⁊c. talia enim adorabāt
⁊ colebant. ſm ꝙ diciť Eſaie. ij. Vt
adorarent talpas ⁊ veſpertiliones.
l Et ſeptuaginta viri de ſenioribꝰ.
ex quo erat peccatum grauius rati
one perſonarum. m Et iechoni
as filius ſaphan ⁊c. iſte vt dicͭ Ra.
Sa. erat honorabilis: ⁊ alios indu
xerat ad idolatriam. ideo pre cete
ris expreſſe nomīatur. n Certe
vides fili homīs ⁊c. vnuſquiſq; in
abſcondito cubilis ſui. propter hoc
ad hoc ſignanduʒ per foramen in
trauit propheta ad thalamum exi
ſtentem vltra murum. o Dicūt
enim. i. facto oſtendunt quaſi deus
eos non videat. vel hoc dicitur qꝛ
inciderant in intellectum erroneū.
ſcʒ ꝙ diuina prouidentia non ſe ex
tendat ad hec inferiora: ſm ꝙ dici
tur Job. xxij. in perſona taliter er
rantium. Circa cardines celi ꝑam
bulat nec noſtra conſiderat.
p Et dixit. Hic ſeq̄tur tertia abo
minatio que etiam dicitur maior p̄
cedētibus: quia erat in porta atrij
ſacerdotum. ⁊ hoc eſt quod diciť:
q Et introduxit me per oſtiū por
te domus dn̄i. dicebať auteʒ porta
atrij ſacerdotum porta domꝰ domi
ni ſiue templi: quia erat recte oppo
ſita illi porte eo ꝙ vtraq; erat ī par
te orientali. r Qḋ reſpi. ad aq̄
lo. in illa enī porta q̄ erat in parte oriētali erāt duo oſtia q̄
claudebanť in colūna media: ſicut cōiter fit in magnis ec
cleſijs: ⁊ ſic vnū illoꝝ oſtioꝝ erat in ꝑte aq̄lonari illiꝰ colū
ne ⁊ v̄ſus aq̄lonē aꝑiebať. aliud v̄o ī ꝑte auſtrali. ꝓpha āt
fuit introductꝰ ꝑ oſtiū qḋ aꝑiebať verſus aquilonē.
Et ecce

C

D

E

☞ quoq; eos q̃ ad ſeculi bona vel mala: vel
cõtriſtanẛ vel exultãt.mulieres dicimꝰ
molli ⁊ effeminato aĩo ⁊ plãgere thau
muth.i.que in mũdo dicunt pulcherri
ma. a Et ecce ibi mu.ſ.p. ad qnem
ſcʒ hebrei et ſy/
ri thaumuth vo
F cãt.vñ qꝛ iuxta
gentilẽ fabulaꝫ
in mẽſe iulio a/
maſiꝰ veneris:⁊
pulcherrimꝰ iu/
uenis occiſus ⁊
rediuiuus nar/
raẛ:eundẽ iuliũ
mẽſem eodẽ no/
mine vocãt:⁊ ei
anniuerſariã ſo
lennitatem cele
brãt:in q̃ a mu/
lieribus q̃ſi mor
tuus plangiẛ:⁊
quaſi reuiuiſcẽſ
canitur atq; lau
daẛ. b Abo/
minatiões ma.
Oẽs hereticos
peiores eſſe prio
ribꝰ.i.idolo celi
pictiſq; in parte
te figuris aĩaliũ
⁊ plãgẽtibꝰ ado
nidẽ mulieribꝰ:
ꝑ quẽ idolatria
G ⁊ voluptas mõ/
ſtraẛ:ſciet q̃ pro
phetã dicentem
Pſ.49. itelligit.Tu au/
tẽ odiſti diſcipli
nã:⁊ ꝓieciſti ſer
Hiere.2.f mones me.r.Et alibi: Verterunt ↄtra
me ſcapulas.Nõ ignoramꝰ Martionẽ
⁊ alios heretiros:q̃ veꝰ laniãt teſtamẽ
tũ:ↄtẽpto creatore.i.deo:aliũ quendã
nouũ deũ colere ⁊ adorare:quẽ de cor/
de ſuo finxerũt.Omneſq; nr̃i tꝑis here/
tici q̃ dei filiũ predicãt creaturã:⁊ tñ eũ
adorant relicto diuinitatꝭ tẽplo.⁊ poſt
tergũ habito ↄfitenẛ ſe adorare creatu
rã.Nos aũt ſic adoramꝰ ſolẽ iuſticie vt
deũ adoremꝰ in tẽplo veterꝭ teſt.vbi lex
⁊ ꝓphe:vbi cherubin ⁊ ꝓpitiatoriũ.
c Quaſi.xxv.vi. Signat.xxv.viros
q̃ ĩ q̃drũ ſolida ſtatiõe fundati ſũt:et a
q̃nq; ſenſibꝰ.ꝑ q̃nq̃es q̃nq; figurã effi/
ciũt q̃drãgli:ñ ſolũ tẽplũ hr̃e pꝰ tergũ:
ſed ĩſtar idoloꝝ applicare ad nares ſu/
as ramũ palmaruꝫ ſcʒ que grece bacce
dicunẛ:vt ꝑ hoc eos idola adorare ſi/
gnificet. d Quia replẽtes terraꝫ.
Heretici quoq; q̃ repleuerũt terrã iniq̃
tate:⁊ cõuerſi ſunt ad falſi nomĩs ſcien
tiam vt dñm ad iracundiã ꝓuocarent:
idola que finxerunt adorare nõ metu/
unt. e Ergo ⁊ ego f.in. Nõ ꝙ crude/
liter agat ſicut mentiunẛ heretici.Sicͭ
2.Cor.13.a enĩ ait Paulus:quẽ boni dei cultoreꝫ
dicunt:ſi venero nõ parcã.Qui enĩ nõ
intelligũt q̃d ſibi proſit:⁊ frequẽter de
precanẛ:expedit eis vt nõ exaudianẛ.
Mat.6.b vñ orãtes dicimꝰ: Fiat volũtas tua:nõ
nr̃a.Magne felicitatis eſt:ad pñs mi/
ſericordiã nõ mereri.His ꝗ qui ſunt de
domo iuda ⁊ a confeſſiõe eccľie receſſe/
rũt:non parcet dñs cũ clamauerint vo
2.Pa.30.d ce magna.vnde: Clamor eoruꝫ ꝑuenit
ad me ⁊c.nõ exaudiet eos vt malis co/
acti intelligant qđ fecerunt.

☞ Et cla.

a ciebat ad aq̃lonẽ.Et ecce ibi mu a† b
ſ aliĩ thaumuth.
lieres ſedebãt plãgentes adoni/
dez.Et dixit ad me: Certe vidiſti
fili homĩs.Adhuc ↄuerſus vide/
b bis abominatiões maiores his.
Et introduxit me in atriũ domꝰ c
domini interius.Et ecce in oſtio d†
templi domini inter veſtibulũ et e
c altare q̃ſi vigintiquinq; viri dor f
a ſ contẽnentes creatorẽ. b ſ cõtra qđ dñs ora
re precepit vbicunq; homines eſſent ne more gen
tium adorarent contra orientem.
ſa hãbẽtes cõtra tẽplũ domini
⁊ facies ad orientẽ:⁊ adorabant g
ſ adorantes.ſ.creaturam.
ad ortũ ſolis.Et dixit ad me: Cer
te vidiſti fili homĩs.Nunq̃d leue h
eſt h domui iuda:vt facerent ab
ominatiões iſtas quas fecerunt
d hic:quia replentes terrã iniqui/
tate:ↄuerſi ſunt ad irritandũ me.
Et ecce applicãt ramũ ad nares i
ſ pro his omnibus.
e ſuas.Ergo ⁊ ego faciã in furore: k

a Et ecce ibi.i.iuxta illud oſtiũ. b Mulieres ſede.plã.ado.dicũt enĩ expoſito/
res latini ꝙ iſte adonides dicebaẛ amaſiꝰ veneris:cuiꝰ mortẽ mulieres plãgebant:
ita ꝙ ritus illiꝰ idoli erat ĩ planctu ⁊ fletu mlieꝝ. In hebreo habeẛ: Plãgẽtes thau
mũ qđ ſignificat incẽſionẽ:eo ꝙ ſicͭ dicit Ra.Sa.idolũ illud erat cõcauum ⁊ fiebat
ignis intra:cuiꝰ calor ſurſum aſcẽdens faciebat liquefieri oculos illiꝰ idoli qui erãt
plũbei:⁊ ſic videbaẛ plorare:ꝓpter qđ mulieres in eiꝰ cultu
flebant. c Et intro.me.Hic poniẛ q̃rta abomĩatio.cũ dr:
Et introduxit me ĩ atriũ domus dñi interiꝰ.ꝑ qđ deſignatur
atriũ ſacerdotũ:qđ vocabaẛ atriũ interiꝰ:eo ꝙ erat tẽplo ꝓ
pinquiꝰ. d Et ec.in oſtio tẽpli.i.añ oſtiũ. e Inter ve
ſtibulũ ⁊ altare.i.inẛ porticũ tẽpli ⁊ altare holocauſtorũ qđ
erat in eodẽ atrio:vt p̃dictũ eſt. f Quaſi.xxv. viri dor/
ſa hñtes ↄtra tẽplũ.ex q̃ abomĩatio illiꝰ idolatrie dicebatur
maior:qꝛ oñdebaẛ in loco ſanctiori:⁊ ĩ ↄtẽptũ tẽpli deo ↄſe/
crati videbaẛ fieri:eo ꝙ idolatrãtes habebãt dorſa ad tem
plũ. g Et ado.ad ortũ ſo.adorãtes ſolẽ tanq̃ꝫ deum.
h Nũq̃d leue ẽ h.q.d.non:imo valde graue. i Et ec.
ap.ra.ad na.ſu.qđ exponũt doctores nr̃i dicẽtes: ꝙ qꝛ ido/
la erãt ĩ alto eleuata.iõ iſti idolatre eleuabãt ramos ad tan/
gendũ ea:⁊ poſtea applicabãt ad nares ſuas in reuerẽtiam
idoloꝝ.hebrei dicũt ꝙ hec ẽ lr̃a: Et ecce applicãt fetorem ad
nares ſuas:tñ ſm hebreos p̃us fuit ſcriptũ: Ad naſuꝫ meũ:
ſʒ qꝛ iſtud videbaẛ ↄtra dei reuerẽtiã. iõ ſcribe mutauerunt
iſtud ſicͭ ⁊ ĩ pluribꝰ locꝭ aliis:⁊ vocaẛ apud hebreos tiqn ſophe
rim.i.adaptatio ſcribaꝝ h ponẽdo:ad nares ſuas: ita ꝙ fe/
tor ad idolatras referaẛ agẽdo ⁊ ſuſcipiẽdo:tñ in cõi mõ lo/
quẽdi de pctõ villi dicũt hoĩes ꝙ fetet in naribꝰ dei:ſʒ ſm ve
ritatẽ fetet in naribꝰ peccãtiũ:inq̃tũ deterioranẛ ꝑ ipm ⁊ nõ
ipẽ deꝰ. k Ergo ⁊ ego fa.in fu.ĩ vindicta iuſticie mee red
dendo eis penã debitã ꝓ abomĩatiõibꝰ p̃dictꝭ.cetera patet.

## Moraliter.

p† Et factũ eſt in an Ca.VIII
no ſexto.In hoc capitulo deſcribiẛ
ad lr̃aꝫ quadruplex idolatria ppľi iude.ꝑ quã myſtice ſigni
ficaẛ quadruplex ſpũalis idolatria gentꝭ xp̃iane.Prĩa tan
gitur ibi: Et adduxit me in hieruſalem ⁊c. ⁊ ſubditur:
m† Vbi ſta.erat ido.zeli ⁊c.ſm heb.iſtud idolũ erat idolũ
baal qđ deuorator interp̃taẛ.ꝓpter qđ ſignat ventrẽ:et eſt
idolũ ſeruientiũ gule.ſm qđ dr Phil.iij. Quoꝝ deꝰ venter
eſt. Qđ exponẽs Hugo de ſctõ victore dicit. Solẽt diis tem
pla cõſtrui:altaria erigi:miniſtri ad ſeruiẽdũ deputari:bo/
ſtie ĩmolari:⁊ thura cõcremari.deo ventri tẽplũ eſt coq̃na.miniſtri coq̃narij.ĩmola
te pecudes cocte carnes.fumꝰ incenſoꝝ odor ſapoꝝ. Idolatria ſcđa eſt multorum ſi/
mulacroꝝ:q̃ tangiẛ ibi: i† Et ingreſſus vidi:⁊ ecce oĩs ſilitudo oĩm reptiliũ ani/
maliũ ⁊ abominatio ⁊ vniuerſa idola domꝰ iſrael.ꝑ que ſignanẛ hoĩes in ꝑtãte con
ſtituti:licet ſint indigni.Vñ dr Zach.xj. O paſtor ⁊ idolũ ⁊c. Qui ſunt idola ambi
tioſoꝝ ⁊ adulatoꝝ qui tanq̃ꝫ deos colũt eos:vt ꝑ eos valeãt ꝓmoueri:licet ſint indi
gni. l† Et ſeptuaginta viri de ſenioribꝰ domꝰ iſrael ⁊c.ſeq̃tur: † Et vnuſq̃ſq;
habebat thuribulũ in manu ſua.ſm ꝙ dicit Seneca: Cũ cuncta vitia cum homine
ſeneſcant:ſola auaricia iuueneſcit.ꝓpter qđ inter ambitioſos idolatrãtes dicto mo/
do ponunẛ hic ſeniores. Tertia idolatria põiẛ ibi: p† Et dixit ad me adhuc cõ/
uerſus videbis abomiationes maiores ⁊c. Sequiẛ: a† Et ecce ibi mulieres ſede/
bant plangẽtes adonidẽ.i.amaſiũ veneris.ꝑ iſtas mulieres ſignificanẛ molles ⁊ ef
feminati luxurie dediti.iõ dr ꝙ ille mulieres ſedebãt.ꝑ qđ ſignaẛ ocioſitas vite que
nutrit vitiũ luxurie.Vñ poeta: Ocia ſi tollas periere cupitudinis artes. Per h au
tẽ ꝙ mulieres plangebãt amaſiũ venerꝭ tanq̃ꝫ mortuũ.ſignificaẛ ꝙ homĩes in luxu
ria nutriti valde dolẽt qñ in eis incipit deficere potentia coeundi. Idolatria q̃rta
poniẛ ibi: d† Et ecce in oſtio tẽpli dñi inẛ veſtibulũ ⁊ altare quaſi.xxv.viri dor.⁊c.
ꝑ q̃s ſignificanẛ apoſtate a fide vel a religiõe. maxĩe qñ ſũt in ſua malicia firmati:q̃
ſignificaẛ ꝑ numeꝝ.xxv.q̃ numerꝰ eſt quadratꝰ:qꝛ reſultat ex ductu q̃narij ĩ ſeipm.

## Additio.j.

In ca.viij.vbi dr in poſtil. In domo mea recluſus ẽ iacẽs ſuꝑ latus dextrum.
Non cõprobaẛ ex lr̃a an hec viſio facta ꝓphe fuiſſet ipſo iacẽ/
te ſuꝑ latꝰ dextrũ vel ſiniſtrũ aut ſedentẽ tñ.deductio enĩ po
ſtil.nõ videẛ ad h facere.nã ꝙ fuit p̃ceptũ ꝓphe de iacẽdo ſuꝑ latꝰ dextrũ vel ſiniſtꝝ
certis diebꝰ:nõ eſt neceſſe vt illi dies itelliganẛ ↄtinui:⁊ ſic potuit ꝓpha impleri di
uinũ mãdatũ ĩterciſe ꝑ diuerſa tꝑa.vñ qđ hic dr: Ego ſedebã ĩ domo mea:itelligẽ
dũ eſt illud ſedere ſicͭ aliud ſedere qđ ĩmediate ſeq̃tur.ſ. Et ſenes iude ſedebãt corã
me:qđ intelligiẛ de exiſtẽdo vel manẽdo:nõ aũt de iacẽdo:⁊ ſub iſta ſignificatiõe in
aliis locis ſacre ſcripture pluries inuenit. In eo.ca.vbi dr ĩ poſtil. Mulieres ſe/
debãt plãgẽtes adonidẽ.

## Additio.ij.

Rabi Moy.egyptiꝰ ĩ ſuo li.
de directiõe ꝑplexoꝝ ꝑte tertia ſcripſit ꝙ iuenerat ĩ q̃dã li.an
tiq̃ de cultibꝰ idoloꝝ ꝙ olĩ q̃dã de ꝓphis idoloꝝ noĩe thaumũ iſtabat apud q̃ndaꝫ
regẽ vt coleret plãetaſ ⁊ ſigͣ celeſtia:quẽ q̃dẽ thaumũ ipẽ rex ferociẛ iterfecerat:⁊ ꝙ
ĩ nocte mortꝭ illiꝰ ↄgregata ſt oĩa idola de diũſis ꝑtibꝰ ad q̃ddã tẽplũ ĩ babylõia ĩ q̃
erat idolũ ſolꝭ aureũ pedẽs inẛ celũ ⁊ trã:qđ q̃dẽ idolũ ceciderat ĩ medio templi:⁊
alia idola ĩ circũitu eiꝰ:⁊ ꝙ idolũ ſolꝭ narrabat ceterꝭ illđ qđ ↄtigerat thaumũ ꝓphe:
vñ oĩa idola plorabãt ⁊ lugebãt tota nocte:⁊ iõ cũ eẽt mãe volauerũt idola ad tẽpla
ſua ĩ diũſis tre ꝑtibꝰ:ex q̃ ĩpleuit vſus vt ĩ prĩa die mẽſis thaumũ q̃ ẽ q̃rtꝰ mẽſis ſm
eos:lugerẽt hoĩes ſeu mulieres ad idolatriã dediti,ſuꝑ thaumũ ĩ q̃libꝫ ãno.Deci/
le,que

Ca.IX

E T clamauit in aū.mi.v.m.d. Ap/
propinquerūt viſitatiões. Dis vltio viſitatio
eſt: qſi egroti medicū expectātis. vñ: Viſita/
bo in virga. i.e. ꝛ in v.p.e. Miſericordiā aūt meam
nō.d.a.e. Hiero. Qui malos ꝑcutit in eo ꝙ mali
ſunt et hꝫ vaſa interfectiōis
vt occidat peſſimos: miniſter
eſt dei. b Vas inť. Lxx.
ſecurim. de q̄: Ecce ſecurꝭ ad
radicē arboris poſita eſt.
c Vir quoqꝫ v. De q̄ Joh.
In medio. ſ. ſeptē cādelabro
rū aureoꝝ ſilem filio hois.
Hiero. Pro lineis: quod
nos iuxta Symmachū iterp̄
tati ſum⁹. lxx. podere. Theo
dotio ipm verbum hebreum
baddim: aq̄la p̄cipua interp̄
tati ſunt: vbi nos attramēta
riū poſuim⁹. lxx. poſuerūt ço
na ſapphyria circa renes ei⁹.
Aquila raſti ſcribe in manu
ei⁹. aquila melanodoxion. i.
attramētariū ſcribe ad lum/
bos ei⁹. Symmach⁹ tabulas
ſcptorꝭ hēbat in renib⁹ ſuis.
Attramētariū grece cala/
mariuꝫ: qꝛ in eo calami repo
nūtur. alij ſignificāti⁹ thecas
vocant: qꝛ ſcriptoꝝ calamos
tegant. d Et ſteterunt. pa
rati ad iubētis imperium: vt
cuiuſcūqꝫ videret ibi pecca/
ta nō eſſe dimiſſa ſentētie dñi
ꝛ interfectioni euꝫ ſubiacere
cognoſcant. e Ad limē d.
Alij ſub diuo atrij dom⁹ qꝺ
ſcꝫ tecto nō premitur: ꝰ aeris
fruitur libertate. f Indu/
tus lineis. Lxx. podere: que
qꝛ ad pedes vſqꝫ ꝑtingit: ſic
appellatur: q̄ eſt vna de octo
veſtib⁹ pontificꝭ: q̄ latine dꝛ
talaris. de q̄bus Hieronym⁹
opus luculentū compoſuit.
g Et ſigna tau. Tau q̄. ſ. ex
trema ē. xx. duaꝝ lr̄aꝝ apud
hebreos: ꝛ p̄fectā in viris ge
mentib⁹ ꝛ dolentib⁹ ſcientiā
monſtrat. Hebrei vero autu/
mant: qꝛ apud eos lex thora
dicitur: ꝛ in principio nomīs
ſui ſcribitur hec littera: eos
hoc accipere ſignaculuꝫ: qui
legis precepta cōpleuerant.
Tau littera extrema ī an/
tiquis hebreorum litteris: q̄/
bus vſqꝫ hodie vtuntur ſa/
maritani. crucis habet ſimili
tudinem: que in chriſtianoꝝ
frontibus frequenter ſigna/
tur: cuius munitione ſigna/
mur. Sunt qui putant: quia
in hebreo alphabeto iſta lit/
tera extrema ſit demonſtra/
ri in multitudine peccantiuꝫ
ſupereſſe reliquias ſanctorū.
Gementes autem dolenteſqꝫ
ſaluantur: quia nec peccaue/
runt: nec peccantibus cōſen/
ſerūt: ꝛ aliēa peccata planxe
runt: ſicut Samuel: Saul: et
Paulus eos qui penitenti/
am non egerunt. Unde: Qui ſumus in hoc taber/
naculo ingemiſcimus. et alibi: Triſticia eſt mihi ma
gna et continuus dolor cordi meo.
h Senem: adoleſcentulum. Omēs iſti pereunt: ſi
abſqꝫ chriſti ſignaculo ſe aliq̄d eſſe credunt.

non parcet oculus meus nec mi
ſerebor: et cum clamauerint ad
aures meas voce magna: nō ex/
audiam eos.

Ca. IX

a E T clamauit in auribus a†
a ſ Lxx. mihi vindictā ꝛ e. re. d. d.
meiſ vōce magna dicēſ:
Appropinquauerūt vi/ b
ſ vicina captiuitate.
ſitationes vrbis: et vnuſquiſqꝫ c
a ſ nō habebat: ſicut. lxx. tranſtulerunt. p̄ſentia
enim narrat et futura: non preterita.
b vas interfectiōis hābet ī manu d
a ſ angeli dei parentis volūtate. b ſ ad pecca/
ta hominū tollenda qui ſexto die facti ſunt.
ſua. Et ecce ſex viri vēniebant de e† f
ſ ecce tertia porta.
via porte ſupiorꝭ q̄ reſpiċ ad aq̄/
lonē: ꝛ vniuſcuiuſqꝫ vas interit⁹ g†
ſ ſeptimus. ſ. ſ chriſtus.
c in māu ei⁹. Vir quoqꝫ vn⁹ in me † b+
a ſ in habitu pontificis. b ſ vt omniū peccata
ſcriberet et ſanctorum numerum a peccatoribus
ſegregaret. ſ hebraice baddim.
dio eoꝝ vēſtit⁹ erat lineiſ: ꝛ āttra † †
mētariū ſcriptoris ad renes ei⁹.
a ſ Duo erāt altaria. Vnū thymiamatꝭ itrinſec⁹
aureū. Alterū holocauſtoꝝ ante templū ereum.
d Et igreſſi ſūt: ꝛ ſteterunt iūxta al i k
tare ereū. Et gloria dñi iſrael aſ/ l
a ſ ſingularis numeri generis maſcūlini. cheru/
bin pluralis numeri generis neutri.
ſumpta ē de chērub: que erat ſu/
e per eū ad limē domus. Et voca/ m
a ſ chriſtum qui eſt ſacerdos in eternū ſm ordi/
nem melchiſedech: et angelus magni conſilij.
f uit virūm q̄ indutus erat lineis:
et attramētariū ſcriptoris habe/
bat in lūbis ſuis. Et dixit domi/ †
a ſ virum indutum lineis.
nus ad eūm: Trāſi ꝑ mediā ciui/
g tatē in medio hieruſalē: et ſigna n†
a ſ. ſ. illud: Quis infirmatur et ego nō infirmor.
quis ſcandalizatur et ego non vror.
tau ſuꝑ frontes viroꝝ gēmentiū
ꝛ dolentiū ſuꝑ cunctis abomia/
ſ publice.
tionibus: que fiūt in medio ei⁹.
ſ ſex viris.
Et illis dixit audiēte me. Trāſite o
a ſ q̄ reliquit nobis exemplū vt ſequa. ve. eius.
ꝑ ciuitatē ſequēntes eum et per/
cutite† Non parcat oculus veſter
a ſ ſm illud. Cani hominis prudentia eius.
b ſ qui ad bella fidei promptiſſimus.
h neqꝫ miſereamini. Sēnē: adole/

le. que q̄dē narratio poſito ꝙ ſit fabuloſa: ꝑut veriſiſr apparet: tñ ſuffi/
ciens ē vt ex ea ſumať ꝟa expoſitio hui⁹ lr̄e. ſ. mulieres ſedebāt lugētes
thaumū. Nā idolatraꝝ geſta cōiter fundanť in falſis ꝛ ficticijs narrati
onib⁹. caput enī idolatraꝝ. ſ. diabolus mēdax ē ꝛ pr̄ mēdacij Joh. vij.
ſi forte narratio p̄dicta ſit vera: ꝛ ħ qꝛ virtute demonū ꝛ ꝑ magicas ar/
tes deo ꝑmittente fiūt miracula plerūqꝫ ſilia
illis miraculꝭ q̄ fiunt ꝑ ſeruos dei: vt Aug⁹. di
cit in libro. lxxxiij. queſtionum. intelligēdo tñ
miracula large ſūpta nō ꝓprie: vt in p̄ma ꝑte
q. cxiiij. arti. iiij. in cor. q. tūc ex p̄dicta narrati
one ꝯſurgit quoddā fidei nr̄e teſtimoniū. Nā
cū iſta tam magna ꝛ admirāda antiq̄s tꝑibus
fiebāt: q̄ tñ poſt aduentū xp̄i nullibi facta in/
ueniunť: ſignū eſt manifeſtū ꝙ ꝑ crucē xp̄i po
teſtas demonū fuerit valde debilitata ipo di/
cente Joh. xij. Jā p̄nceps mūdi hui⁹ eijcieť fo
ras. ꝛ. j. xiij. Spiritū immundū auferam de
terra. A

Ca. IX

a E T clamauit. Hic ꝯñter reuertiť ꝓphe/
ta ad deſcribendū deſtructionē ciuita/
tis ꝛ ꝑplī: cui⁹ in ꝑte cā fuerunt abomi
natiōes p̄dicte: ꝛ diuidiť in duas ꝑtes: qꝛ pri
mo deſcribiť deſtructio ppl̄i cōiter. ſcđo p̄nci/
paliū ſpecialiť. ca. xj. Pria in duas: qꝛ primo
deſcribitur plebis excidiū. ſcđo ciuitatꝭ incen/
diū. ca. ſe. Pñs aūt ca. diuidiť in tres ꝑteſ: qꝛ
p̄mo poniť viſiōis mod⁹. ſcđo plebis interit⁹.
ibi: Et vocauit. tertio Ezechieľ luct⁹. ibi: Et ce
de cōpleta. Circa p̄mū dꝛ: Et clamauit. ſ. ille q̄
oñderat Ezechieli abomīatiōes: ꝛ pſonaꝫ dei
repñtabat: vt p̄dictū eſt. b Appropinque/
rūt vi. vr. ſcꝫ hierl̄m ad puniēdū ipam. c Et
vnuſq̄ſqꝫ. aduerſarioꝝ ei⁹. d Vas inť. hꝫ. i.
inſtr̄m ad iterficiēdū. qꝺ ſtatī deſignať ꝑ hoc
qꝺ ſb̄diť: e Et ec. ſex viri. i. angeli ī ſpecie vi
rorū. vtrū aūt intelliganť angeli boni vel ma
li: nō hr̄ ex ħ: qꝛ tales punitiōes diuie aliq̄ñ fi
unt et ſignanť fieri ꝑ bonos angelos: aliq̄ñ ꝑ
malos. f Veniebāt de via porte ſuperioris B
q̄ reſpicit ad aq̄lonē. illa erat porta aq̄lonaris
atrij mūdoꝝ q̄ dꝛ ſuꝑior reſpectu porte aq̄lona
ris atrij immūdoꝝ. tēpluꝫ enī erat in ſūmitate
montꝭ: ꝛ iō illa atria ꝓcedebāt verſus templū
aſcendēdo: ꝛ ex ꝑte aq̄lonari nō erat aliq̄ por/
ta ſuꝑior ꝟſus tēplū: vt ptꝫ ex ſupradictꝭ. De
illa ergo ꝑte veniebāt ad portā atrij ſacerdo/
tū q̄ erat in parte orientali. g Et vniuſcu/
iuſqꝫ vas interit⁹. i. inſtrumentū vt lancea vel
gladi⁹. h Vir quoqꝫ vn⁹ veſtit⁹ lineis. ex
hoc videť ꝙ angeli in hac viſione imaginaria
oſtenſi erāt angeli boni: qꝛ veſtis linea mundi
ciam ſignat. i Et ingreſſi ſunt. atriuꝫ ſacer
dotū. iō ſubditur: k Et ſteterūt iuxta alta
re ereū. qꝺ ibi erat. l Et glo. do. iſrľ aſſū. ē
de cherub ꝛc̄. Hic vocatur gl'ia dñi effigies ho
minis ſedentꝭ in throno ſuꝑ firmamētū appa/
rens ſuꝑ capita aīaliū q̄ inferi⁹ vocanť cheru
bin: ꝛ ħ vocātur cherub: accipiēdo ſingulare
ꝓ plurali: ſiċ frequēter fit in ſcriptura. videba
tur ꝫ iſta effigies repñtās dei maieſtatem rece
dere de capitib⁹ aīaliū ꝛ trāſire ad limen tēpli
dñi: ꝛ ꝑ ħ deſignabať receſſus dei de ꝓpitiato
rio qꝺ erat intra ſctāſctōꝝ ſuꝑ alas cherubin:
nō ſtñ ꝑ loci mutationē: cū deus neceſſario ſit
vbiqꝫ: ſed ꝑ ſubtractionē ſue gratie: ita ꝙ non
daret in de reſponſa ſummo ſacerdoti ſicut fa/
ciebat a nte. m Et vocauit. hic ꝯñter poni
tur plebis interit⁹ cui⁹ primo ponit iniunctio/ †ꝫ. 7. a
nem. cū dꝛ: Et vo. virū qui indu. erat ꝛc̄. ad ſi/ Judit. 2. d
gnandum illos quibus erat parcenduꝫ: et illi
erāt in minori numero. iō ſb̄diť: n Signa
tau ſu. frō. Tau eſt vltīa lr̄a alphabeti hebrai/
ci: ꝛ ē p̄ma in hac dictiōe thora: q̄ hebraice le/
gem ſignificat. iō ſcribebať ſuꝑ frōtes viroꝝ gemētiū ꝛ dolētiū de trāſ/
greſſiōe legꝭ ī abomīatiōib⁹ ſupradictis. o Et illis dixit. ſ. ſex viris
hñtib⁹ vaſa interit⁹ in manib⁹ ſuis. cetera patēt vſqꝫ ibi: Et a ſanctua/
rio meo incipite. interficiēdo p̄mo ſacerdotes ꝛ leuitas ibi miſtrantes.
Cōſeq̄nť poniť interfectiōis executio. cū dꝛ: Ceperunt ergo ꝛc̄.

Vſanctus

Cōtaminate

a A ſanctua.me.incipite. Uł ſacer
dotes ſignificat q̄ verſabanť in tem
plo ⁊ adoꝛabāt idola: vel eos q̄ pro
ſacerdotij merito ſancti vocabātur
in ppl̄o: ⁊ q̄ fuere in ppl̄is cā pecca/
ti pꝛimi meruere ſupplicia. b Cō
taminate do. Omīs q̄ in pctō moꝛtu
us eſt ꝯtaminat atria tēpli: in q̄bus
† 50.di.c. et pugna/bit. viuit q̄ cū chꝛiſto reſurgit. c Et
cede.com.r.e. Hiero. Quidaꝫ arbi/
tranť ex ꝑſona dn̄i in cuiꝰ typū ꝑceſ
ſit Ezechiel: de ppl̄o iudeoꝝ h̄ poſſe
intelligi: q̄ om̄es declinauerūt ſil' in/
Pſ.11. utiles facti ſunt. vn̄: Saluum me fac
1.Pe.2.d dn̄e qm̄ defecit ſanctꝰ. Solꝰ ei inuen
tus eſt dn̄s qui pctm̄ nō fecit: nec in
uen.do.in o.e. d Remanſi ego.
Hiero.de tanta interfectiōe: nullum
me excepto arbitrās remāſiſſe. No/
tandū tn̄ ꝙ nō ait: remāſi ego ſoluſ:
ſed remāſi ego. Subaudiendum enī
eſt cū ceterꝭ ſignatꝭ. e Effundēs
furo. Magnitudinē pene ſignat. ſic
Pſ.106. illic: Effuſa eſt deſpectio ſup pꝛinci/
Ibi.72. pes. ⁊ alibi: Pene effuſi ſūt greſſus
Ro.5.a mei. Et in bono. Charitas dei diffu/
ſa eſt in coꝛdibꝰ nr̄is ꝑ ſpm̄ſctm̄. Et
P.44. Diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis.
f Et dixit ad me. Hiero. Flentē ꝓ/
phetā conſolať. Quaſi nō iniuſte h̄
facio: ipi ſibi h̄ fecerunt. g Ma/
gna eſt. Hiero. Quaſi ꝓ magnitudi
ne iniquitatis magnitudo ſupplicij.
nō enī vt ſtoici putāt: vel pctā omīa
ſūt eq̄lia vł pena. h Et ecce vir q̄
indu. Sex viri q̄bꝰ ꝑceptū erat tran
ſire ꝑ ciuitatē. ſ. e. ⁊c̄. nihil tale renū/
ciant: q꞉ nō leticie ſed meroꝛis iple/
uere ſententiā q̄ nō ſermone ſed oꝑe
ꝓbatur.

Ca. X

i Et vidi ⁊ ecce. Hiero. Nota ī
q̄bꝰ ſupioꝛ viſio ⁊ hec diſcoꝛ/
dent aut ꝯcoꝛdēt: vt ex vtri/
uſqꝫ collatione abſqꝫ nr̄o ammonitu
diuina ꝑcipias ſacramēta: ⁊ qđ ante
monui: qm̄ in firmamēto ⁊ ī thꝛono
⁊ in manu hoīs: nō veritas ſ; ſimili/
1.Coꝛ.13.d tudo diciť. Nō enī facie ad faciē re/
uelato vultu gloꝛiā dn̄i ꝯtēplamur:
ſed in ſilitudine oīa videmꝰ ⁊ imagi
ne: dū fragili circūdamur coꝛpoꝛe.
k Et impl e.m.t. Hiero. vt poſt in/
terfectionē ⁊ cadauera moꝛtuoꝝ mū
det hierl̄m. ſm̄ illud Eſaie: Sanctifi
cabit cum in igne ardente: ⁊ deuoꝛa
bit ſicut feni materiā. Hi ſunt carbo
nes q̄s in remediū lingue atqꝫ men/
dacij deſolantes vitia. ꝓph̄a īterro/
Pſ.119. gatus exoptat. Quid detur tibi aut
A q̄d apponať tibi ad linguā doloſaꝫ?
Pſ.5. Sagitte potētis acute cum carboni/
bus de. Notandū ꝙ in Eſaia qui
Eſa.6.b tm̄ in ſermone peccauerat: ⁊ immun
da labia ſe hr̄e dicebat ad purgan/
dū. vnus foꝛcipe carbo cōpꝛehendi/
tur. Hic vero q꞉ ciuitas ē plena iniq̄/
tate: ⁊ poſt ſupplicia cadaueribꝰ moꝛ
tuoꝛum plures aſſumūtur carbones
nec vna manu ſed ambabus: ꝙuis
⁊ hoc intelligatur ꝙ non ad purga/
tionem: ſed ad penas atqꝫ cruciatus
pꝛune aſſumantur ⁊ ſparganť.
l Cherubin. vt ſancte ſuperneqꝫ vir
tutes dextram domus dei partez te/
nere videantur. Ille autem que mit/
tuntur ad ſupplicia. de quibus dici/
Pſ.77. tur: Immiſſionem per angelos ma/
los ſiniſtras partes.

Ingreſſus.

a ſ. q̄ pudiciciā mēte tota ſeruat. b ſ. q̄ lacte po
tať infantie: necdū ſolidū cibū poteſt capere.
ſcentulū et virgineꝫ paruulū et
a ſ. q̄ fragilitatē ſexus aīe imbecillitate teſtanť.
mulieres interficite vſqꝫ ad iter
a ſ. qui poteſt dicere: Signatum eſt ſuper nos
lumen vultus tui domine.
nitionē. Omnem aūt ſup quem †
a videritis tau: ne occidatis. Et a
a ſ. Lxx. a ſanctis meis incipite.
ſanctuario meo icipite. Ceperūt
a ſ. qui tenebant thuribula ⁊ ſacrificabāt. ſ. vn
de cepit peccatum inde iudicium.
ergo a uiris ſenioꝛibꝰ qui erant
ſ. nulla eſt loci religio offenſo deo.
aū faciē domꝰ. Et dixit ad eos:
a ſ. nō auderent angeli templū ſanguie cōtami/
nare niſi ꝑcepiſſet dn̄s recedentis gloꝛie.
b Cōtāmiate domū: ⁊ iplete atria a b
interfectis. Egredimi. Et egreſſi c
ſunt: ⁊ ꝑcutiebāt eos q̄ erant in
a ſ. in his qui ſignaculū non habebant.
c d ciuitate. Et cede cōpleta: remāſi d† e
ego: ruiqꝫ ſup faciē meam: ⁊ cla/ f
mās aio: Heu heu heu dn̄e deꝰ. g
Ergo ne diſꝑdas omēs reliq̄as
e iſrael: effundēs furoꝛē tuuꝫ ſup
f hieruſalē? Et dixit ad me: Iniq̄
a ſ. x. tribuū. b ſ. duarū.
g tas domꝰ iſrael ⁊ iuda magna ē
ſ. inculcatio eſt. ſ. ideo.
nimis valde: ⁊ repleta ē tra ſan h
a ſ. occiſoꝝ. b ſ. h̄ iō: q꞉ c.r.ē a. c ſ. a cultu dei.
guinibꝰ: ⁊ ciuitas repleta ē auer i
a ſ. aperitur cauſa tantoꝝ ſcelerū: q꞉. ſ. nō puta
uerunt eſſe pꝛouidentiā dei. ſ. vt aiunt.
ſione. Dixerūt enim: Dereliquit k
a ſ. nō curat terrena. vn̄: Hic ſuperis laboꝛ ē ea
cura q̄eros ſollicitat. b ſ. nūc ⁊ ſi viderit ante.
dn̄s terrā: et dominꝰ non videt.
Igiť ⁊ meus nō parcet oculus:
neqꝫ miſereboꝛ. Uiā eoꝛum ſup
a ſ. coꝛda. ſ. vel ꝑncipes q̄ ſunt capita populi.
b ſ. impleta obedientia. c ſ. xp̄s.
h caput eoꝝ reddaꝫ. Et ecce uir q̄ l
a ſ. carne humana multimode attrita.
indutꝰ erat lineis: qui habebat
attramētariū ī doꝛſo ſuo: reſpō/
a ſ. quaſi ſignaculo tau lugētiū frōtes armaui.
dit verbū dicens: feci ſicut pꝛece
piſti mihi. Ca. X

i Et vidi ⁊ ecce ī firmamē m† n
ſ. vt ſupꝛa.
to quod erat ſuper ca/
ſ. animalium.
put cherubī: quaſi lapis ſapphy
rus: et quaſi ſpecies ſimilitudis
ſ. thꝛoni. ſ. cherubin.
ſolij appuit ſup eum. Et dixit ad †
virū qui indutus erat lineis et
ait: Ingredere in medio rotarū o
k q̄ ſunt ſubtus cherubin: ⁊ imple
manum tuā pꝛunis ignis q̄ ſūt
inť cherubin ⁊ effunde ſup ciui/ p
tatē. Ingreſſuſqꝫ eſt in cōſpectu q r
l meo. Cherubin aūt ſtabāt a de/ s

a Cōtaminate domū. dicebať aūt aliq̄s
locꝰ ꝯtamīari ꝓpter caſuꝫ moꝛtui: Num.
xix. b Et iple. atria interfectꝭ. iſta ſūt
tria tēpli atria de q̄bꝰ dictū eſt ca. ꝑce.
c Egredimini. ſ. de atrijs tēpli cede com
pleta vt exeq̄mini ꝑceptū ꝑ totā ciuitatē.
iō ſubdiť: Et egreſſi ſunt ⁊c̄. d Et ce/
de cōpleta. hic ꝯn̄r poniť Ezechiel lucꝰ
cū d̄r in ꝑſona eiꝰ: e Remanſi ego. q꞉
nō fui interfectꝰ cū alijs. f Ruiqꝫ ſu.
fa.me. ꝑ timoꝛe ⁊ admiratiōe tanti exter/
minij. iō ſubdiť: g Heu. ⁊ triplicatur
ad maioꝛē exaggerationem. cetera patēt
vſqꝫ ibi: h Et repleta ē ter ſan. ſ. ino/
centū occiſoꝝ in ea: ⁊ maxie tpe manaſſe.
de q̄ d̄r. iiij. Regꝭ. xxj. ꝙ effudit ſanguinē
innoxiū multū nimis. i Et ci. rep. eſt
auer. ſcꝫ a deo ꝑ multiplicē idolatriaꝫ: vt
dictū eſt ca. ꝑce. k Dixerūt eni: dere.
dn̄s ⁊c̄. h̄ expoſitū eſt ca. ꝑce. l Et ecce
vir q̄ erat indu. li. Dicit Ra. Sa. ꝙ erat
gabꝛiel angelꝰ in ſpecie viri. Ca. IX

## Moꝛaliter.

a† Et clama/uit in auribus
meis ⁊c̄. Hic ad lr̄aꝫ deſcribiť punitio iu/
deoꝝ idolatrātiū mō dicto ca. ꝑce. ꝑ quā
ſignificať punitio xp̄ianoꝝ maloꝝ: q̄ ſm̄
ꝙ dictū eſt idolatrie ſpūali mācipanť. et
de illa punitiōe ſubdiť: e† Et ecce ſex
viri ⁊c̄. ꝑ quos ſignificantur angeli boni
executoꝛes diuie iuſticie in maloꝝ puniti
one. ꝙ aūt talis executio fiat aliqñ ꝑ bo/
nos angelos. patꝫ ꝑ illos angelos quos
abꝛaam ſuſcepit hoſpitio in foꝛma hoīm
Gen̄. xviij. ⁊ certū eſt ꝙ fuerūt angeli bo/
ni: ⁊ tn̄ duo illoꝝ ſubuerterūt ſodomam:
vt d̄r Gen̄. xix. ⁊ ſic d̄r in ꝓpoſito. iō ſub/
ditur: g† Et vnuſq̄ſqꝫ vas interitꝰ. i. in
ſtrumētū ad interficiendū. † In manu
eiꝰ. dicūtur ſex viri ꝓpter ſex oꝛdies an/
geloꝝ miniſtrātiū. ſ. hierachie medie ⁊ in
ferioꝛis. h† Uir q̄ꝫ vnꝰ in medio eoꝝ.
ꝑ quē intelligiť xp̄s qui d̄r vnꝰ: q꞉ nō hꝫ
parē. † Ueſtitꝰ erat lineis. ad ſignan/
dū puritatē mētis ⁊ coꝛpis: q꞉ pctm̄ nō fe
cit: nec inuētꝰ eſt dolꝰ in oꝛe eius. † Et
attramētariū ſcꝑtoꝛis ad renes eiꝰ. ad de
ſignādum ꝙ xp̄s in ſua noticia creata hꝫ
ſcripta oīm merita ⁊ demerita: cū illa co/
gnoſcat oīa q̄ cognoſcit deꝰ ſcia viſiōis.
† Et dixit dn̄s ad eū ⁊c̄. ſequiť: Et ſigna
tau ſup frō. vi. gemē. ⁊c̄. ꝑ ſignū tau ſigť
ſignū crucꝭ q̄ ſigńť xp̄e penitētes q̄ gemūt
⁊ dolēt de ſuis pctīs: ⁊ iſti ſaluāť: aliq̄ xp̄o
q̄ nō penitēt dānanť. iō ſubdiť: † Om
aūt ſu. quē vi. ſig. tau ne ⁊c̄. ꝑ h̄ āt qđ ſeq̄
tur ī ꝑſona ꝓph̄e. d† Et cede cō. remā.
ego ruiqꝫ ī fa. m. ⁊c̄. ſignať ꝙ bonꝰ ꝑlatꝰ
luget caſuꝫ ꝑpl̄i ſibi ſubiecti. Ca. X
m† Et vidi. hic ꝯn̄r deſcribiť ciuitatis
hierl̄m futuꝝ īcēdiū. ⁊ diuidiť in
duas ꝑtes: q꞉ pꝛimo deſigť iſta cō
buſtio. ſcđo explicať viſio. ibi: Et apparu
it. Circa ꝑmū d̄r: Et vidi. viſiōe imagina
ria ⁊ ītellectuali. n Et ecce ī fir. ⁊c̄. ſpēs
enī glīe dn̄i q̄ receſſerat đ loco ſup capita
cherubin trāſferēs ſe ad limē domꝰ: vt di
ctū ē ca. ꝑce. redierat ad locū ꝑſtinuꝫ ſup
firmamētū ī capitibꝰ aīaliū: ⁊ dixit. ſ. ſe/
dēs ī thꝛono dei maieſtatē repꝛeſentans.
o Ingredere ī me. ro. ⁊c̄. vn̄. ſ. j. ca. d̄r:
Silitudo aīaliū ⁊ aſpectꝰ eoꝝ q̄ſi carbo/
nū ignis ardentiū. p Effunde ſup ci
uitatē. ſ. hierl̄m. ꝑ qđ deſignať incendiū
eiꝰ futurū ſm̄ iudiciū diuinuꝫ. q In/
greſſuſqꝫ eſt. ſ. vir indutꝰ lineis. r In
cō. meo. i. me vidēte: ⁊ eſt verbū ꝓph̄e.
s Cherubin aūt ſtabāt a dextrꝭ domꝰ.
id eſt ad

a Ingressus ille stetit stupefact⁹ vł ob.tri/sticiā ciuitatis puniēde. vł ob magnitudinē glie nec manū ad ignē mittit.
b Qui accipiens. Nō dicit q̄d egressus fecerit: q2 tristis rei narratiōez maluit nobis ītelligēdā relinquere ꝙ̄ ocul' subijcere.
c Facies vna ꝛc. Hoꝝ omnium sensū ꝑterite visiōis expositio ꝯtinet: et sciēdū ꝙ supi⁹ dictū ē: facies vituli a sinistris q̄ttuoꝛ: nō sic accipiēdū ē vt alia sit a dextris alia a sinistris sit: ſ; oīm equalis ordo describit. q̄t/tuoꝛ enī facies habebat vnū/quodqꝫ vt nō loꝝ diuersitate dextri ꝛ sinistri: sed vno ꝑ grad⁹ ordīe describant.
d Et facies secūda. Hic non describūt alia a dextr' alia a sinistris: ſ; omniū equalis ordo: q2 q̄ttuoꝛ facies habebat vnūquodqꝫ.
e Spūs eniꝫ vite erat ī eis. Hiero. Oia viuunt deo ꝛ suum sentiūt cre- r.12.c
atorē: nō ē de⁹ mortuoꝝ ſ; viuentiū. vnde ꝛ omnia corpo/ra rotarū plēa sunt ocul': et in psalmo dicit':
ps.18. Celi enarrant gloriā dei: ꝛ o. ma. ei⁹ an. fir.
ibidem. Dies diei eru. v. ꝛ nox noc. indi. sciē. Sol quoqꝫ ꝛ luna ꝛ mare flumīa ꝛ mōtes ꝛ col/les laudāt do/minū: ꝛ in cir/culū suum per annos singu/los elemēta vol/uuntur: celorū ꝙ̄ rationem intris dep̄hēdi/
mus

ꝑtris dom⁹ cū ingrederet' vir ꝛ nu/ a
a ſ a quo recesserāt. b ſ recapitulatio. ſ q2 presente domini maiestate nō exercent' supplicia.
bes ipleuit ātriū interius. Et ēleua b+
ta ē glia dñi desup cherub ad limē
dom⁹: et repleta est dom⁹ nube. Et c
ſ que erat in atrio.
atriū repletū ē splēdore glorie dñi:
ſ ideo.
et sonitus alarū cherubin audieba d e
tur vsqꝫ ad atriū exteri⁹: quasi vox f
dei omnipotētis loquētis. Cunqꝫ g
ꝑcepisset viro q̄ idut⁹ erat lineis di
cēs: sume ignez de medio rotarū q̄
a sunt inter cherubin. Ingressus ille h
ſ ideo.
stetit iuxta rotam: et extēdit che/ i
rub manuz de medio cherubin ad
ignem qui erat inter cherubin: ꝛ sū
psit et dedit in manus ei⁹ q̄ indut⁹
b erat lineis. Qui accipiēs egressus k
est. Et apparuit in cherubin simili/ l
tudo man⁹ hōis subt⁹ pēnas eoꝝ.
ſ vt supra. b ſ animalia.
Et vidi: ꝛ ecce q̄ttuoꝛ rote iuxta chē m
rubī. Rota vna iuxta cherub vnū:
ꝛ rota alia iuxta cherub vnū. Spe/ n
cies autem erat rotarum quasi vi/
sio lapidis chrysolithi: et aspect⁹ ea
rū similitudo vna quattuoꝛ quasi
si sit rota in medio rote† Cunqꝫ am/
bularēt: in q̄ttuoꝛ ꝑtes gradiebāt':
ꝛ nō reuertebant' ambulātes. Sed
ad locū ad quē ire declinabat q̄ ꝑ/
ma erat sequebāt' et cetere: nec cō/
a ſ in his efficiētiā reꝝ: nō mēbroꝝ imagīes signat.
uertebant'. Et oē corp⁹ earū ꝛ cōl/ o
a ſ ferrei. s. quib⁹ lignoꝝ rotūditas stringit'.
la ꝛ man⁹ ꝛ pēne ꝛ circuli plēa erāt
oculis in circūitu q̄ttuoꝛ rotarū. Et p
rotas istas vocauit volubiles audi
ente me. Quattuoꝛ aūt facies ha/ q
a ſ animal. b ſ prima. c ſ idē supi⁹ facies vituli. vnde dant' intelligi faciē cherub esse vituli.
c bebat vnūz. Facies vnā facies chē r s
d rub: et facies secūda facies homīs:
et in tertio facies leonis: ꝛ in quar
to facies aquile. Et eleuata sūt chē
a ſ nota ꝙ eadē debem⁹ intelligere in expositione animalis que supra.
rubin: ipsū est animal qd̄ videram t
iuxta flumen chobar. Cūqꝫ ambu/
ſ animalia.
larēt cherubī ibāt ꝑit' ꝛ rote iux' ea:
ꝛ cū eleuarēt cherubī alas suas vt
exaltarēt' d' tra residebāt rote: s; ꝛ
ipe iuxta erāt. Stātib⁹ illis stabāt:
e ꝛ cū eleuatis eleuabāt'. Spūs eniz
vite erat in eis. Et egressa est glīa v
a ſ vbi stetit. b ſ atrij interioris.
dñi a liminē templi: ꝛ stetit sup che
rubin. Et eleuātia cherubin alas su

a id est ad dexterā ꝑtē tēpli: tñ in atrio sacerdotū. ideo subditur. a Et nu. im. atriū interi⁹. ad designandū dei ꝑsentiā: ſm qd̄ d'r. ij. Paral'. vj. Dñs pollicit⁹ est ꝙ habitaret ī
b+ nebula. b Et eleuata est glia dñi. q2 species represētās dei maiestatē trāsiuit de capitib⁹ cherubin ad limē dom⁹: ꝛ significat ille trāsit⁹ illud qd̄ dictū est ca. ꝑcedenti.
c c Et atriū reple. est splen. glie dñi. i. splēdore dei maiestatē repsentāte. d Et sonit⁹ alaꝝ cheru. ꝑ talē motū alaꝝ ītelligit' ꝓmptitudo angeloꝝ ad exequendū dñi mādatū.
e Audiebat' vsqꝫ ꝛc. ex. sic enī ī hebreo h'r: ꝛ iō aliq̄ male
d corrigūt dicētes iteri⁹. d'r āt atriū exteri⁹ atriū īmūdoꝝ: eo
e ꝙ erat lōge remot⁹ a tēplo. f Quasi vox dei oī. loquē/
f tis. q. d. ille sonit⁹ alarū erat magnific⁹ ꝛ mirabilis: ſ; qd̄
g d'r ps̄. xxix. Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificētia.
g Cūqꝫ ꝑcepisset. repetitio est ei⁹ qd̄ dictū est. s̄. Ingredere ī medio rotaꝝ ꝛc. h Ingressus ille. s. vir idut⁹ lineis. B
i Stetit iuxta ro. vt acciperet ignē. ꝑ ministeriū tñ cherub.
h iō subdit': Et extēdit cherub ꝛc. k Qui accipiēs egres/sus est. s. ad effundendū sup ciuitatē. nō tñ d'r hic ꝙ effuderit: ad designādū ꝙ ciuitas tūc nō fuit cōbusta: ſ; postea ꝑ
i sex annos: q2 visio ista fuit anno sexto trāsmigratiōis ioa/chin sexto mēse quīta die mēsis: vt habet' in principio. viij. ca. ciuitas aūt fuit cōbusta anno. xj. sedechie q̄ fuit annus xj. a trāsmigratiōe ioachin: q2 sedechias ei successit in regno. l Et apparuit. Hic ꝯn̄r explicat' mod⁹ visiōis q̄ ī ali
k quib⁹ licet paucis differt a modo visiōis posito. s̄. j. ca. ta/
l les enī visiōes fiūt ad aliq̄d significandū: ꝛ iō frequēter fit ibi īmutatio ad aliq̄d significandū qd̄ de nouo d'r. dicit ergo: Et apparuit in cherubin. illa aūt quattuoꝛ aīalia. j. ca. descripta vocant' h' cherubin: eo ꝙ erāt alata ꝛ ꝑsidentiam
m angeloꝝ significātia: vt ibidē dictū fuit. angeli vero sūt scientia pleni: ꝛ sic interꝑtat' cherubin plenitudo sciētie.
m Et ecce quattuoꝛ rote ꝛc. ꝑ h' patet qd̄ dictū est. s̄. j. ca.
n ꝙ erant ibi quattuoꝛ rote ꝛ quattuoꝛ animalia. n Species āt rotarū erat quasi visio lapidis chrysolithi. s̄. j. ca. dicit': Et aspect⁹ rotaꝝ quasi visio maris. chrysolith⁹ aūt lapis ē preciosus habēs colorē aureū. ꝛ iō dicit' a chrysos qd̄ est aurū. ꝛ ꝑ hoc qd̄ ponit' hic: quasi visio lapidis chrysolithi: dat' ītelligi ꝙ ꝓpheta erat magis illustrat⁹ fulgore diuine sapiētie ꝙ̄ a ꝑncipio. ꝛ idez designat' ꝑ hoc qd̄ postea †He pe. di. 2. nō reuertebantur.
subdit': o Et omne corp⁹ earū ꝛ colla ꝛ man⁹ ꝛ pēne: q̄ tria vltima intelligunt' de animalib⁹ ꝛ nō de rotis: ꝛ dicūtur hic plena oculis. ꝑmo vero ca. hoc tm̄ dicit' de rotis. ꝑ oculos aūt ꝑspicacitas intelligentie designat'. vn̄ ꝛ homines sapiētes ꝛ astuti ſ; modū loquēdi cōem dicunt' oculati. p Et rotas istas vocauit volubiles: q2 equalit' vol/
o ui poterāt ad quattuoꝛ partes. q Quattuoꝛ aūt facies habebat. vnū scz animal. r Facies vna. i. prima: sicut Gen. j. Et factū est vespe ꝛ mane dies vn⁹. i. prim⁹.
s Facies cherub. Hic occurrit duplex dubiū. primū est q̄
p re ista facies dicit' hic facies cherub: que primo ca. dicit' facies bouis. secundū quare dicit' hic prima. ibi autē tertia. Ad primū dicūt aliq̄ ꝙ facies bouis siue vituli est multuz
q similis faciei cherub. ꝛ ꝓpter hoc sic nominat': ſ; hoc dictū est cōtra Josephū dicētē: ꝙ facies cherub est facies cuius/
r dam auis que nunꝙ̄ visa est ab hominibus: sed eius simi/
s litudo ostensa fuit moysi in monte vbi fuit sibi ostensū exemplar omniū fiendorū in tabernaculo: ſm qd̄ dicit' Exo. xxv. Inspice et fac ſm exemplar quod tibi in monte monstratum est. est etiam contra dictum Ra. Sa. ꝛ aliorum hebreorum qui dicunt ꝙ facies cherub est quasi facies pueri gratiosi: ꝓpter quod taliter cōmuniter depingit'. ideo dicitur ꝙ facies bouis fuit mutata in faciē pueri: cuius muta/
t tionis ratio potest assignari: quia sicut dictū est. s̄. j. ca. facies bouis significat regnum grecorū ꝓpter populi cōmunis petulantiam: tunc tamen in philosophis grecie maxie viguit sapiētia: ꝓpter quod ad hoc denotandū facies bouis qui est animal irrationale: versa fuit in faciem homīs qui est animal rationale: et in faciem puerilem: quia sapiētia non senescit: sed magis iuuenescit etiam in senibus q̄ sedatis passionibus clarius vident: ſm qd̄ dicit'. vij. physicorum. Sedendo ꝛ quiescēdo fit anima sciēs ꝛ prudēs. ꝓpter hoc dicit' Sap̄. vj. Clara est ꝛ q̄ nūꝙ̄ marcescit sapientia. Ad secūdū dicēdū ꝙ ꝓpter hoc d'r hic facies cherub ꝑ/ C
v ma: q2 apparebat directi⁹ vultui ꝓphete ꝙ̄ alie: sicut dictū est. s̄. j. ca. de facie homīs. t Ipsum ē aīal. i. qd̄libet dictoꝝ q̄ttuoꝛ aīaliū est illud idē qd̄ viderā ī prima visiōe descripta. s̄. j. ca. v Et egressa ē glo. ꝛc. rediēs ad locū suū.
k Et stetit

mus: vt antiquũ legis ordinē ſeruātes vol/uanť ⁊ currāt: ⁊ nihil nouũ cernam⁹ ſup ter/rā. a Et ſtetit ſup. Hiero. Sic paulatim ꝓtectio dei reliquit iſrľ. primũ fuit in tēplo: p⁹ ſtetit in atrio ſiue in limine: qua recedēte de templo: nubes ⁊ cali/go impleuit ipſius penetralia: rurſumq; ꝑ ſa gloria ſedit ſup cherubin: ⁊ illis ſtati ab euntibus ad exterio/ra: ſubſecute ſũt rote. b Et itellexi q͂ cherubin eſſēt. Multitu/do ſcientie: noticia ſacramētorũ dei: ⁊ thronus eius ac requies.
Ps. 79. vnde: Qui ſedes ſup cherubin māifeſtare. Semper gloria domini ſedet in multitudi/ne ſcientie: et tũc māi/feſtatur qñ cũcta regi ꝓuidentia demōſtrā/tur: nō fortuitu q͂d fieri nec debere dici. De/reliq̄t dñs terrā ⁊ do/min⁹ nō videt. vñ in/tuitus cherubin ⁊ appetitus eoꝝ eſt obliuiſci p̄teritoꝝ: ⁊ in futura ſe extēdē. Ca. XI
A c Et eleuauit m. Hieroñ. Per me gloriā ſeq̄ non poteram auolantem: vt ſcʒ non remanere in templo ignorantie nube confuſo: ſed ſtans in porta domus domini orientalis: que. r. ſ. o. que ſe/quunť ſacramenta cognoſcerem. Hiero. vigintiquinq; viri om/nia referentes ad q̄n/q; ſenſus. Hic autem numerus aut vix aut nunq̄ʒ in bono reperitur: Quis in leuitico ad ſacerdotale mini/ſterium a. xxv. annis eligantur. Hoc eñi in hebreo non habeť: ſʒ in ſeptuaginta. Ibi eñ tricenarius eſt: qui et in exordio huius ꝓ/phetie et in domini etate quando baptiçat⁹ eſt a Johanne. Dicimus tamen quinq; pru/dentes virgines: et quinq; fatuas. Sed hic quinarius in medio poſitus eſt: ⁊ pro quali/tate vtentium vel ad bonũ vel ad malum re/ferri poteſt. d Iechoniā filiũ açur. Dualē ſcʒ numeꝝ qui diuidit vnitatē. ⁊ in ſecũde diei numero ſ̄m hebraicā veritatē nō videť
Geñ. 6. d a dño. vnde in arcā bina et bina introducũtur immũda. Dñs aũt vtrũq; ī vnũ coartāſ: fecit vtraq; vnũ: ⁊ ſoluit mediũ parietem. ini/
Joh. 10. f micitias in carne ſua cōdēnās. vñ: Ego ⁊ pater vnũ ſumus. vt ſcʒ a iudaica dualitate in vnum reuocaret fidei chriſtiane: pontificatu quoq; iudeoꝝ ꝑdito dñs patiť non ſub vno principe ſed ſub duob⁹ Anna ⁊ Caipha. vt religiōis eoꝝ ſciſſum mōſtraret errorē. e Nōne dudũ. Quaſi licet nuꝑ poſt p̄maꝝ captiuitatē edificate ſint dom⁹ que ante cor/ruerant: ſcimus tamen hanc ciuitatem eſſe ī/ſtar lebetis et nos quaſi carnes in ea conſu/mendos et

as: exaltata ſũt a terra corā me.
ſ interius atrium.
Et illis egrediētib⁹ rote q͂ʒ ſub/
a ſ nō iā in ianua tēpli: ſʒ poſt atrium et poſt li/men in introitu porte.
a ſecutę ſũt. Et ſtetit ī itrōitu por/ a
tę dom⁹ dñi oriētal: ⁊ glia dei iſrľ
a ſ ſuper quod thron⁹: ſuper quod gloria.
erat ſuꝑ os. Ipm eſt āīal qd vidi b c
ſubter deũ iſrľ iuxta fluuiuʒ cho
ſ vel q. ſ plenitudo.
b bar. Et itellexi q͂ cherubī eēnt.
Quattuor ꝑ quattuor vult⁹ vni d
⁊ q̄ttuor alę vni: et ſilitudo ma/
nus hois ſub alis eoꝝ: et ſimi/ e
ſ vel tus.
litudo vultuũ eorum: ipſi vult⁹
quos viderā iuxta fluuium cho
bar: ⁊ intuit⁹ eorũ ⁊ īpet⁹ ſinglo
a ſ p̄teritorũ obliuiſci: ad futura ꝓgredi.
rũ āñ faciē ſuā ingredi. Ca. XI
c Et eleuauit me ſpiritus f
a ſ chriſtũ qui nos ad patrē ducit.
et itroduxit me ād por g
a ſ vbi erat glia b ſ eccleſie.
tā dōmus dōmini oriē
a ſ iuſticie. ſ. de quo: Ecce vir oriens nomē ei:
talē quę reſpicit ad ſōlis ortum.
Et ecce ī itroitu portę. xxv. viri:
d ⁊ vidi in medio eoꝝ iechoniā fi/ h
liũ açur et pheltiam filiũ bana/ i
ię pricipes ppľi. Dixitq; ad me:
Fili hois: hi ſunt viri qui cogi/ k
a ſ ꝓ ſceleꝝ cōſcia deſperātes et pēitere nolētes
tant iniquitatē: ⁊ tractant cōnſi
ſ parati ad interitũ.
liũ peſſimũ in vrbe iſta dicētes: l
e Nōne dudũ ędificatę ſũt dom⁹?
a ſ a babylōio cōſumēdi: ardore cui⁹ iacła ignita
Hęc eſt lebes: nos autē cārnes. m† n

a Et ſtetit in intro. por. do. dñi oriētaliſ. dicit R. Sa. q hec eſt porta atrij ſacerdotũ q̄ erat in parte oriētali. ⁊ diciť porta dom⁹ dñi ſiue tēpli: eo q in recta linea opponiť porte tēpli: vt dictũ eſt. s. viij. b Ipm eſt aīal. i. qdlibet illorũ quattuor. c Qd vidi ſubť deũ iſrľ. q͂ firmamentũ erat ſuꝑ capita animaliũ: ⁊ deſuper effigies dei ſedētis in throno repſentās ei⁹ maieſtatē. d Quattuor ꝑ quattuor vult⁹ vni. i. ꝑ ſingula q̄ttuor animalia quattuor facies erāt cuilibet ipſoꝝ. e Et ſimilitudo vultuũ eoꝝ ⁊c. q. d. licet apparentia vnius faciei eſſet mutata vt predictũ eſt: tñ erat idem aīal. cetera aũt q̄ nō ſunt hic expoſita de animalib⁹ et rot' expoſita ſũt pleni⁹. s. ca. j. vbi pt haberi recurſus.

**Moraliter.** m† Et vidi et ec/ Ca. X ce in firmamēto quod erat ſuper caput cherubin ⁊c. Sequiť: Et dixit ad viꝝ q̄ erat indutus lineis ⁊c. Per hoc q ille vir ꝑ quē chriſt⁹ ſi/gnificatur vt dictũ eſt: effudit prunas ardentes ſuꝑ ciuitatē: ſignificata fuit denũciatio deſtructionis hieruſalē ꝑ romanos: ſicut denũciauit xp̄s: Luc. xix. Vidēs ieſus ciuitatē ſanctā hierľm fleuit ſuꝑ eā ⁊c. b† Et eleuata eſt glia dñi deſuꝑ cherub ⁊c. per hoc ſignificatũ fuit myſtice qd in aduētu romanoꝝ cōtra hierľm receſſuꝝ erat ab ea p̄ſidiũ angeloꝝ. vnde dicit Joſeph⁹ in libro de iudaico bello q tũc cũ ſacerdotes in nocte pentecoſtes intrarēt tēplũ ad diuias res agēdas: au/dierũt primo quendā ſtrepitũ et poſtea voces dicentium: Migremus hinc. que crediť fuiſſe voces angelorũ p̄ſidentiũ tēplo ⁊ ppľo iudeoꝝ. Reſiduũ aũt hui⁹ capituli loquiť de diſpoſitiōe quattuor animaliũ ⁊ rotarũ: quoꝝ ſenſus miſtycus poſitus eſt ſupra ca. j.

In ca. x. vbi dr ī poſtil. Hic occurrit duplex dubiũ.

**Additio.** Ad hoc duplex dubiũ motũ ꝑ poſtillatorē videť dicēdũ q nō ſoluʒ primũ animal: ſ; quodlibet quattuor animaliũ p̄dictorũ in p̄ma viſione ↄtētoꝝ in hoc loco vocať cherub. vnde in lr̄a exp̄ſſe diciť: Rota vna iuxta cherub vnũ: ⁊ rota alia iuxta cherub alteꝝ. Et q͂ ſ̄m gloſā eadem debem⁹ in hoc loco intelligere in expoſitione aīaliũ q̄ ſupra. Hec eñi mutatio noīm nō debet referri ad mutationē reꝝ viſaꝝ: ſed ad maiorē illuſtrationeʒ ꝓphe. Illa eñi q̄ pri⁹ ſub ſpecie animaliũ quaſi inferiorũ cognouerat: hic cognoſcit ſub ſpecie cherubin q̄ ſũt altioris grad⁹: vt exp̄ſſi⁹ denotet q myſteria ꝑ hmōi aīalia figurata ſũt ſupra naturā reꝝ naturaliũ. vñ nō ſolum facies bouis dr ħ cherubin: ſ; etiā facies hoīs ⁊ facies leonis ⁊ hmōi. Et iō de oīb⁹ aīalib⁹ ſimul ſũptis dicit infra eodē ca. Intellexi q͂ cherubin eēnt. q. d. illa q̄ p⁹ us viderā vt aīalia quaſi terrena mō ītellexi vt cherubin qd plenitudinē ſapie īportat. cũ āt dr: Facies vna facies cherub: et facies ſcda facies homis ⁊c. ī ſola facie bouis fecit mutationē: q͂ bos vt dictũ eſt. s. ſʒ expoſitionē ſctoꝝ ſignificat myſteriũ paſſiōiſ: eo q ē aīal imolaticiũ: ⁊ ſic bʒ īfirmiorē rōnē q̄ʒ alia aīalia. Idcirco īpoſuit ſibi nomē cherub q̄ſi a fortiori de oīb⁹ intelligereť rō cherubin. vñ ſtatī de oīb⁹ q̄ttuor aīalib⁹ dic: Eleuati ſunt cherubin ⁊ infra: Cũq; ambularēt cherubin ibāt pariť et rote. Et rōe p̄dicta pōt dici q añ poſuit faciē bouis q̄ in p̄ma viſiōe fuit tertia vt denotaret q̄ſi ꝑ locũ a fortiori equalitate animaliũ in dignitate ſeu excellētia. Ca XI

f Et eleuauit. Supra poſita eſt vaſtatio plebis cōiter. hic poniť deſtructio principaliũ ſpecialiť. ⁊ primo ſacerdotũ: ſecũdo pricipũ. ca. ſeq̄nti. tertio falſoꝝ ꝓphaꝝ. ca. xiij. Circa primũ ſciēdũ q Hieremias ꝓphetauerat bonũ illis q̄ trāſmigrauerāt ⁊ malũ illis q̄ in hierľm remāſerāt ſub metaphora ficuũ bonarũ ⁊ malarũ: Hiere. xxiiij. Sacerdotes aũt q̄ remāſerāt in hierľm cōtrariũ aſſerebāt. ⁊ ideo oſtenſio facta eſt Eçechieli cōſimilis viſioni Hieremie: ⁊ potiſſime q̄ꝫtũ ad ſacerdotes. Primo ergo deſcribiť vaſtatio illorũ qui remāſerāt in hierľm. ſcdo ↄſolatio illoꝝ trāſmigrauerāt in babylonē. ibi: Et factũ eſt. Circa primũ ſciēdũ q ſacerdotes q̄ remāſerāt in hierľm parabolice deſignabāt ſuā ꝓſperitatē. ⁊ ideo p̄mo eoꝝ parabola poniť: ⁊ ſecũdo tolliť ibi: Idcirco. Circa p̄mũ p̄mittiť mod⁹ viſionis. cũ dr: Et eleuauit me ſpũs. i. de⁹ vel angel⁹ dei miſter. g Et itro. me ⁊c. i. ad portā atrij ſacerdotũ q̄ ſic noīať vt dictũ ē ca. p̄ce. h Et vi. ī me. eoꝝ iechoniā filiũ açur. iſte ē ali⁹ ab illo iechonia poſito. s. viij. ca. q͂ ille dr fili⁹ ſaphan. i Et pheltiā. iſti duo erāt p̄ncipaleſ: ⁊ alioſ traxerāt ad errorē ſuũ. iō exp̄ſſe nomianť. k Hi ſũt viri q̄ co. ⁊c. q͂ īformabāt ppľm vt ſecure manerēt in cultu idolorũ: nō timētes Hieremie cōmīatiōes. iō ſubdiť: l Dicētes: nōne dudũ ⁊c. q. d. ſic māſit ciuitas a tpe Salomōis q̄ eā amplianit: ⁊ triplici muro clauſit. ſic ſecura ab aduerſarijs ꝑmanebit. m Hec eſt le. ſ. hierľm. n Nos aũt carnes. qd expōnũt aliq̄ dicētes q hec dicebāt iſti deriſorie ⁊ ꝑ cōſequens negatiue: eo q Hieremias ꝓ.

G mendos ⁊ cremādos.
a Plurimos o. Hiero. Quaſi: ego interp̄tabor quō ſit ciuitas lebes ⁊ vos carnes: nō iuxta ſēſū quē dixiſt̄: ſed quē nō timet̄. Implebit̄ quidem ciuitas carnib⁹ quaſi lebes nō tñ veſtris ſed eoꝝ q̄s iterfeciſtis. b Et ſcietis. ſm illud: Cū occideret eoſ q̄rebāt eū. vt ſcȝ quē p̄ bñficia nō ſēſerunt p̄ tormēta cognoſcāt. c Et factuȝ ē. Hiero. Mortuo pharaone: ingemuer̄t filij iſrael ⁊ clamauerūt ad dñm. Eo enī viuēte nō poterāt. Eſaias q̄ȝ mortuo ozia rege leproſo vidit dominum ſedentem ſuper thronum excelſum et eleuatum: et ſeraphin ſtantia circa eum. Intelligenſqȝ im mūda ſe habere labia meretur de altari carbonē ad labia ſua purganda. Hic autem p̄phetāte fortitudīe dei princeps qui a domini declinauerat ſeruitute. cadit vt eleuetur a chriſto. Domin⁹ eniȝ eſt reſurrectio. diabolus ruina eſt. vñ: Ecce hic poſit⁹ eſt in ruinaȝ eorum: ſcilicet qui peſſime ſtabant: ⁊ reſurrectionem eorum: ſcilicet qui ceciderant.
d Phelthias. Alter principum ſeruatur incolumis iechonias ſcȝ qui īterpretatur aures eius ſonant anime: ſcȝ filius açur quod interpretatur fultū ſiue adiutoriū. e Banaie. ſtructoris vel cementarij: qui cadēdo a domino declinanit: fili⁹ peſſime edificationis merito cadit p̄phetāte eo quem dominus cōfortauit: qui ante obediebat deo et illius fulciebatur auxilio: iure permanet in imperio.
f Et factū eſt. Ex his diſcimus nō eſſe inſultandum eis qui dei iudicio p̄cis traditi ſūt: nec a peccatis conuerſis aut penitentibus ⁊ de eccleſia egreſſis dicendū: longe recedite a domino.
g In ſanctificationē modicam in terris ad quas venerūt. Quia quidam eorum idolatrie ſubijci noluerunt ſed mandatoꝝ dei memores fuerunt: vt Daniel et tres pueri ⁊ ſimi-
G les eoꝝ

Pſ. 77.
Eſa. 6. a
Luc. 2. e
Dan. 3. b

Idcirco vaticinare de eis: vaticinare fi a
illis hoc dicentibus.
li homis. Et irruit in me ſpūs dñi: ⁊ di
ſecundo
quia.
xit ad me: Loquere. Hec dicit dñs: Sic
a quaſi non vos eſtis carnes perdite ciuitatis: ſcilicet hi quos ſcandalizaſtis.
locuti eſtis dom⁹ iſrael: et cogitationes
probans corda et renes.
a cordis veſtri ego noui. Plurimos occi b+
diſtis in vrbe hac: ⁊ impleſtis vias eius
interfectis. Propterea hec dicit dñs de
ſcandalizando.
us iſrl̄: Interfecti veſtri quos poſuiſtis c
ī medio ei⁹ hi ſūt carnes: ⁊ hec ē lebes: d+ e+
a q̄ putatis vos in hac vrbe morituros. b hoſtium.
et educā vos de medio eius. Gladiū me f+ g
hoſtium.
tuiſtis et gladiū īducā ſup̄ vos ait dñs b+
vrbis.
deus. Et eijciā vos de medio ei⁹: dabo †
quaſi nō imerito.
qꝫ vos in manu hoſtiū: ⁊ faciā in vobis
a q̄uis extra vrbē. b in terminis p̄uincie veſtre.
iudicia. Gladio cadetis. In finibus iſrl̄ i
a ſola vexatio intellectū dabit auditui. b nō ali⁹.
b iudicabo vos: ⁊ ſcietis q᷑ ego dñs: hec k
ciuitas ſicut putatis.
non erit vobis in lebetem: ⁊ vos nō eri l m
a q᷑ ſcȝ nō inter gētes: ſed inter chriſtianos.
tis in medio ei⁹ in carnes. In finib⁹ iſrl̄ n
ideo vobis hec.
iudicabo vos ⁊ ſciet̄ q᷑ ego dñs. Quia
p̄ficiendo.
in p̄ceptis meis nō ambulaſtis: ⁊ iudi
econtra.
cia mea nō feciſtis: ſȝ iuxta iudicia gen o
vt eis eſſetis in exemplū.
c tiū q̄ in circūitu vr̄o ſūt eſt̄ op̄ati. Et fa p
ruina declinans.
d e ctū ē cū p̄p̄hare phelthias fili⁹ banaie
cōpatientis affectu.
mortu⁹ eſt. Et cecidi ī faciē meā clamās q
fidei ardore. tertio.
voce magna. Et dixi: Heuheuheu do
a quaſi te idignāte etiā reliquie q̄ videbant̄ ſupeſſe p̄ibūt
mine de⁹: cōſūmātionē tu fac̄ reliq̄arū
ſic conquerentem.
f iſrl̄? Et factū ē verbū dñi ad me dicēs: r
a quaſi diceret: nō ſūt ille reliquie que ſunt in hierl̄m ſicut putas: ſed qui in babylone captiui. b de ſtirpe tua.
Fili hōis frātres tui viri p̄pinqui tui: ⁊ s t v
ſunt. ip̄roperādo
omnis domus iſrl̄: vniuerſi quib⁹ dixe x
a ac ſi dicat: longe receſſiſtis a domino: q᷑ captiui et cū iechonia vos tradidiſt̄.
rūt habitatores hierl̄m: lōgē recedite a y z
dño: nobis data eſt terra ī poſſeſſioneȝ. a
a dic eis. b a terra iſrael. parūper. ſ. ab eccl̄ia.
Propterea h̄ dic̄ dñs de⁹. Quia lōgē fe b
eſſe.
ci eos in gentibus: ⁊ quia diſperſi eos ī
a alienis. b igitur. c vt memores peccatorū ſuoꝝ q̄ per vitia receſſerant p̄ penitentiā redeant. quia obedierunt mihi.
g terris: erō eiſ in ſanctificātionē modicā c
a concaptiuis. ſ. qui ſunt in babylone propinquis Ezechielis prophete.
ī terr̄ ad q̄s venert̄. Propterea lōq̄re h̄ †

remias p̄phetauerat. j. ca cōbuſtionē ciuitatis ſub metaphora olle ſuccenſe: ⁊ ſm hoc v̄bū iſtud intelligit̄ negatiue ſic: Hec ciuitas nō erit lebes ſiue olla ſuccēſa: vt dixit Hieremias nec nos carnes bullite in ea: ſȝ hec opinio nō ꝯſonat lr̄e ſequēti vt videbit̄. ⁊ iō Rabi Sa. exponit hoc verbū: Hec eſt lebes ⁊c. tanq̄ȝ aſſertiue dictnm. vt ſit ſenſus: Sic carnes cōſeruant̄ in lebete vſqȝ ad p̄fectā earuȝ decoctionē: ſic ſeruabimur ī hierl̄m vſqȝ ad maturā etatē. aſſimilat̄ aūt p̄lōgatio vite decoctioni: q᷑ q̄ȝdiu calor naturalis decoquit alimentū cōuertēdo in mēbra durat hoīs vita: tādiu enī viuunt animalia q̄ȝdiu nutriūtur. ij. de Anima. qñ aūt calor natural̄ ſic debilitatur qꝫ nō pōt hoc facere: deficit vita naturali morte. a Idcirco. Hic cōſequēter remouet̄ hec parabola. ⁊ ptȝ lr̄a vſqȝ ibi: B
b Plurimos occi. in vr. hac. ſ. īnocētes q̄s occidit rex manaſſes ⁊ alij reges mali ad p̄ſuaſionē ſacerdotū. vñ ⁊ Hieremiā voluerūt ſic occidere: vt hr̄ Hiere. xxvj. c Interfecti veſtri ⁊c. ī medio ei⁹. ſ. hierl̄m. d Hi ſūt carnes. q᷑ licet nō fuerīt ibi mortui morte naturali: ſ; violēta. illa tñ mors fuit optima: ſȝ qd̄ d᷑ pſ̄. cxv. Precioſa ī cōſpectu dñi mors ſanctoꝝ ei⁹. e Et hec eſt lebes. q᷑ in hieruſalē fuerūt ſepulti. f Et educā vos. extra hierl̄m in captiuitatē. g Gladiū metuiſtis. ſ. regis babylonis qñ p̄ auxilio ad regē egypti miſiſtiſ. h Et gladiū inducā ⁊c. ſcȝ regis babylōis. i In finib⁹ iſrl̄. i. ī terra aliena finib⁹ terre vr̄e iūcta. k Iudicabo vos. q᷑ fuerūt adducti ad regē babylōis in terra emath. ⁊ ibi occiſi eo qꝫ relaxauerāt iuramentū ſedechie qd̄ fecerat regi babylonis: vt dictū fuit Hiere. xxxix. iō ſubdit̄:
l Hec. ſcȝ hierl̄m. m Nō erit vobis in lebetē. manēdo in ea vſqȝ ad maturā etatē.
n In finib⁹ iſrl̄ ⁊c. repetitio ē ei⁹ qd̄ p̄dictū eſt ad maiorē affirmationē. o Sed iuxta iudicia gentiū. imitādo idolatriā eoꝝ.
te in locis in quibus exponunt auctoritates predicte. Expoſi-
tionē aūt vltime viſiōis eꝫechielis ex cauſa exponendā reſer-
uaui poſt expoſitionē libroꝝ omniū veteris ac noui teſtamēti.

Opinio catholicoꝝ.

Reprobatis dictis hebreorū ſm grām a dn̄o mihi datā:
ꝯſequenter videndū eſt quid de viſiōe ꝑdicta dixerūt
doctores catholici. et ſunt tres modi dicendi. Nam aliqui vt
beatus Hiero et beatus Gregoriꝰ dixerūt ꝑ viſioneꝫ Eꝫechiel
imaginariā: edificationē eccleſie in ſacramētis ⁊ moribꝰ eſſe ſi
gnificatā: ⁊ hunc ſenſū in exponēdo ſecuti ſunt expoſitionem
imaginarie viſiōis ꝓut ſupiꝰ eſt deſcripta: quaſi totalr̄ dimit
tēs. cū tn̄ ab illa ſit inchoandū: ſicut dictū fuit. ſ. ī ꝑncipio. xl.
ca. Dicit etiā vlterius beatus Grego. Homel. j. ſup hāc viſionē:
ꝙ ille ſenſus viſiōis imaginarie eſt totaliter relinquēdꝰ: eo ꝙ
viſio illa ꝯtinet impoſſibilia qꝺ arguit ex eo quod dicr̄. ſ. xl.
ca. Et mēſus eſt latitudinē edificij calamo vno. ꝑ hoc aūt ꝙ di
cit edificij abſolute. loquir̄ de toto edificio ſꝫ Grego. ⁊ poſtea
ſubdit: Et menſus eſt portā a tecto thalami vſqꝫ ad tectū eiꝰ:
latitudinē. xxv. cubitoꝝ: ⁊ fecit frōtes ꝑ. lx. cubitos. Ex q̇bꝰ ſic
arguit: Frōtes ſunt in porta: ⁊ porta in edificio: ⁊ ſic maiꝰ con
tinet in minori. ſ. lx. cubiti. in. xxv. ⁊ xxv. in vno. ꝙ aūt eſt īpoſ-
ſibile. ergo ⁊c̄. Dicit etiā ꝙ hoc factū eſt ex ordinatiōe diuina:
vt legentes dictā viſionē relicto ſenſu imaginario tāqꝫ nullo
myſticū quererēt intellectū. ſed magiſter Richar. de ſācto Vi-
ctore reputās in hoc dictū Grego. minꝰ verū ꝓceſſit quaſi via
oppoſita. declarās in expoſitiōe ſua poſſibilitatē totiꝰ edificij
ſuperiꝰ deſcripti: de ſenſu alio nihil dicēdo. ſi aūt alibi de hoc
aliq̇d dicit ignoro. ſoluit aūt argumentū btī Gregorij ꝑ hoc ꝙ
oīa tēpli edificia ſil̄ ſūpta dicunt vnū edificium. ⁊ nihilominꝰ
qꝺlibet ꝑ ſe dici pōt vnū edificiū: ſicut totū maneriū regis pa
riſius dicr̄ domꝰ regia: ⁊ tn̄ ſunt ibi multe domus. ſ. palatiū:
camera cauſarū: capella ⁊ ſic de alijs. ⁊ ideo cū dicit. ſ. xl. ca.
Et mēſus eſt latitudinē edificij calamo vno ⁊c̄. edificiū ibi ac-
cipit ꝓ muro exteriori ſm aliq̇s. vl̄ ꝓ domūcula ſupra portā
edificata ſm alios vt dictū fuit ibidē. Dn̄s Hugo cardinal. ꝓ-
ceſſit quaſi media via declarās poſſibilitatē edificij imagina-
rie viſionis: et cum hoc de edificio eccleſie per aliqua loca īmi
ſcuit. hoc tn̄ fecit incōplete et etiam interciſe: eandē etiā ſnīam
ſub diuerſis ſimilitudinibus pluries repetēdo. ⁊ ꝓpter eandē
cauſā expoſitio beati Gregorij videt minus apta. nam ꝑ mon
tē ſupra quē ꝓpheta dicit dimiſſus. ſ. xl. ca. dicit ſignari xp̄ꝫ.
Itē ꝑ virū menſurantē edificiū. itē per portā ⁊ etiā alia plura.
licet autē dictū beati Grego. non intendā in aliquo reprobare.
tn̄ aliquibus videretur ꝯuenientiꝰ exponi viſio ꝑdicta: ſi ꝑ di
uerſas ꝑtes ⁊ ſimilitudines ſignificarent diuerſa. Item beatꝰ
Grego. de dicta viſiōe expoſuit tm̄ primū ca. ſ. xl. ⁊ adhuc icō-
plete. nā illo tꝑe obſeſſa fuit romana ciuitas ⁊ multū afflicta.
ꝓpter qꝺ ſe excuſat de vlteriori ꝓſecutione. ibi terminās dicte
viſionis expoſitionem: decē tamen homelias ꝯtinentē.

Poſt ca. xlviij. in myſticatiōe vbi dicit in poſtilla: Nā ali-
qui vt beatus Hieronymus.

**Additio.** Circa plurima que cōtinentur in ꝓphetia
Eꝫechielis duo ſunt conſideranda. vnū eſt
ꝙ inter ceteros ꝓphetas iſte pluribꝰ vtitur parabolis: vt pa-
tet in ꝓceſ

tet in ꝓceſſu ſue ꝓphetie in qua q̄plurimas metaphoras in
ducit. vn̄ ipe ꝺo dicebat ſupra ca. xx. A. a. a. dn̄e deꝰ ipi dicūt
de me: Nūq̇d nō ꝑ parabolas loquit iſte. quaſi diceret: Om-
nes ſermōes illius ſūt parabolici: ex qua cōſideratiōe habet
ꝙ iſte viſiōes edificationū quas Eꝫechiel tradit cōmunit ſūt
methaphorice intelligende: ⁊ iō ꝓceſſus Grego. exponēdi hu
iuſmodi viſiones cenſeri debet ꝓpriꝰ ⁊ lr̄alis ſm modū loq̄n
di ipſius ꝓphete: ſicut in his q̄ parabolice dicunt ſenſus lit-
teralis eſt nō ille q̇ ꝑ litterā ſignificat: ſed q̇ ꝑ res ipſas q̄s lit
tera ſignificat intelligit: ꝓut dictū eſt in ꝓlogo ſup geneſim.
Scꝺm eſt ꝙ hic ꝓpheta aliqua ꝓponebat ꝑ moduꝫ ꝑcepti q̄
tn̄ nō debent intelligi vt ꝑcepta. ſ. vt iponāt neceſſitatē obſer
uādi: ſed quaſi cōſilia q̄ nō habēt vim obligandi ad penam ſi
nō ſeruent. vn̄. ſ. ca. xlv. dicit: Hec dicit dn̄s deꝰ in ꝑmo mē-
ſe in prima menſis ſumes vitulū de armēto immaculatū ⁊ ex-
piabis ſanctuariū ⁊c̄. Et ſilr̄ ponit aliqua circa ſacerdotes et
circa principes in ſacrificijs ⁊ ornamētis ⁊ ingreſſu tēpli ⁊ ali
is: que ſi intelligerent vt ꝑcepta eſſet manifeſte ꝯtra illud qꝺ
legit Deut. iiij. Nō addetis ad verbū qꝺ loquor vobis: nec
auferetis ex eo. vnde in veteri teſtamēto ſicut nullꝰ potuit au
ferre aliqꝺ ꝑceptū de his q̄ deus ꝑcipiebat ꝑ moyſen: ita nul
lus poterat addere aliqꝺ ꝑceptū vltra illa. ⁊ ſilr̄ poſſet dici de
edificatiōe tēpli ⁊ ciuitatis ꝙ ꝓpoſita quod ſignificabat ree-
dificationē tēpli aliquando neceſſario fiendā ſm edificatio-
nē q̄ de cōſilio ꝓphetico fieri debebat ꝓpter ſanctificationem
ſpiritualē illiꝰ edificij quā ꝓpheta principalr̄ intendebat. Et
notandū ꝙ ꝑdicte ꝯſideratiōes q̄ in hac littera vt patet fun-
dant ſunt valide ad euacuāda argumēta iudeoꝝ q̄ ex his vi-
ſionibus eꝫechielis cōiter ſumūt: q̄ q̇dē argumēta credūt eſſe
efficaciſſima ꝯtra nos q̇ xp̄m iā veniſſe cōfitemur: cū tn̄ ꝑdi-
cta nō fuerūt hactenꝰ cōpleta nec ꝓfitemur ipa cōplenda: ſed
ꝑdictis cōſideratis patet manifeſte ꝙ iſta poſſent ⁊ debēt itel
ligi parabolice dctā ſeu ꝑ modū ꝯſilij: nō āt ꝑcepti vt dictū ē.

Expoſitio viſionis imaginarie ſm poſtillatorē.

His igit ꝑmiſſis intendo dicere q̇d mihi videt de ſigni
ficato viſionis imaginarie: nō tn̄ ad ſatiſfaciendū mi-
hi vel alijs: cū reſpectu ꝑcedentiū doctoꝝ ſim nulliꝰ momenti
ſed ad excitandū animos ſtudioſoꝝ et deuotoꝝ vt per exerci-
tium ſtudij ⁊ orōnis querāt dicte viſiōis intellectū ab eo qui
ſua myſteria reuelat humilibꝰ et deuotis: ⁊ abſcōdit a prudē-
tibus ⁊ ſapiētibꝰ in oculis ſuis. Credo nāqꝫ ꝙ nullꝰ poſſit di
ctā viſionē ſufficient exponere: niſi hoc habuerit ex diuina re
uelatione. Dico igit ꝙ ſignificatū ſupraſcripte viſiōis pōt du
plicit accipi. Uno modo vt ꝑ illā ſignificet reedificatio tēpli
materialis poſt reditū babylonice captiuitatis. nō tamē illo
modo quo dixert antiq̇ iudei. quē ſupra reprobaui. Alio mō
ꝙ ꝑ illā ſignificet edificiū eccl̄ie ꝑ xp̄m ſaluatorē nr̄m: ſic cōi-
ter dicunt doctores catholici. Ad euidentiā primi modi cōſi-
derandū ꝙ frequēter in ſcriptura ſacra ⁊ maxime vete teſ. ꝓ-
miſſiones diuine de bonis futuris ⁊ cōminatiōes de penis in-
fligendis: intelligunt ſub cōditione: licet ſcribant abſolute.
De promiſſiōibꝰ patet. j. Reg. ij. vbi dicit: Uēit aūt vir dei ad
heli ⁊ ait ad eū: Hec dicit dn̄s: Nunq̇d nō apte reuelatꝰ ſū do
mui patris tui: cū eſſet in egypto in domo pharaonis et elegi
eū ex omnibus tribubꝰ iſrael mihi in ſacerdotē. ſ. ſūmū: vt pa
tet ꝑ lr̄am ſequentē. ⁊ poſtea ſubdit: Propterea ait dn̄s deus
iſrael: Loquēs locutꝰ ſū vt domus tua ⁊ domꝰ patris tui mi-
niſtraret in conſpectu meo vſqꝫ in ſempiternū: nūc aūt dic do
minus abſit hoc a me: ſed quicunqꝫ honorificauerit me glori-
ficabo eū: qui aūt cōtēnūt me erūt ignobiles. Ex his patet ꝙ
ꝓmiſſio abſolute facta de ſūmo ſacerdotio ante exitū filioruꝫ
iſrael de egypto: poſtea ꝑ quadringentos annos vel circiter.
ſ. tꝑe heli. oſtendit dn̄s ꝙ illa ꝓmiſſio intelligēda erat ſub cō
ditione. ſ. ſi ſacerdotes ſūmi debite miniſtrarēt: aliter nō. Si-
militer idē patet de cōminationibꝰ penarū: Ione. iij. vbi de ꝑ
cepto dn̄i dixit Ionas abſolute: Adhuc. xl. dies ⁊ niniue ſub
uertetur: ⁊ tn̄ eiꝰ ſubuerſio tūc non fuit ſecuta: ⁊ hoc qꝛ nini-
uite egerūt penitentiā de malis ſuis ad verbū Ione: vt expri
mitur ibidē. Ex quo patet ꝙ cōminatio ſubuerſiōis niniue q̄
ꝓlata fuerat abſolute: intelligēda erat ſub cōditiōe. ſ. ſi nini-
uite in malis ſuis ꝑſiſterent obdurati: aliter nō. Itē de pro-
miſſionibus ⁊ cōminationibus ſimilr̄ patet Hiere. xviij. vbi
dicit ex ꝑſona dn̄i. Repente loquar aduerſū gētē ⁊ aduerſus
regnū vt eradicē et deſtruā et diſperdā illud. Si pēitētiā ege
rit gens illa a malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eā: agaꝫ
⁊ ego penitentiā ſuper malo qꝺ cogitaui vt facereꝫ ei. Ex quo
patet manifeſte ꝙ in cōminatione facta abſolute intelligitur
conditio. ſi illi quibus fit ꝑſeuerent in malo: ⁊ ſtatim ibidem

 ſubditur

ſubdit̃ de ꝓmiſſionib⁹. Et ſubito loquar de gente et de regno
vt edificē et plantē illud. ſi fecerit malū in oculis meis: vt non
audiat vocē meā penitētiā agā ſup bono qd̓ locut⁹ ſū vt face/
rē ei. Ex quo patet ꝙ in ꝓmiſſione de bono ↄferendo intelligi
tur hec cōditio. ſ. ſi illi quibus fit ſteterīt in bono. Ad hoc eſt
etiā ratio naturalis: qꝛ ſi aliqͥs rex vel ꝑnceps ꝓmittere tali/
cui militi equū ⁊ arma: ⁊ ante cōpletionē ꝓmiſſionis miles a/
uerteret ſe a rege vel ꝑncipe ad ei⁹ inimicos ſe ↄuertēdo: nun/
qͥd teneret̃ adimplere ꝓmiſſū: certe nō: qꝛ nō fuit intētio eius
nec debet eſſe ꝙ ei daret equū ⁊ arma ad impugnādū ſe: ſꝫ ma/
gis ad ſeruiendū ſibi. In omni vero pctō mortali hō a deo au/
ertitur ⁊ ad demonē ↄuertit̃. ꝙ ⁊c̃. Itē ad hoc pōt induci exēplū
de filijs iſrael qͥb⁹ multe terre ⁊ alia multa bona ꝓmiſſa fuer̃t
q̄ nunqͣ obtinuerūt: eo ꝙ erga deū ſuū d̓bitū nō fecerūt: ſicut
patet in libro Joſue ꝙ filij iſrael in ſuis ſortib⁹ cupiditate du/
cti dimiſerūt gētes idolatras habitare cū eis ſub tributo ↄtra
ꝑceptū dn̄i. ꝓpter qd̓ filij earū ſuccedētes nō ſolū partē terre
tenuerunt: ſed etiā ppl̓m iſrael multipliciter afflixerunt. Simi/
liter in ꝓpoſito pōt dici rōnabiliter ꝙ p viſionē imaginariam
Ezechieli ſignificata fuit edificatio ciuitatis ⁊ tēpli materialit̃
poſt reditū captiuitatis babylonice futura ſꝫm formā ſupi⁹ de/
ſcriptā. ⁊ ſic in re factū fuiſſet ſi ppl̓s iſrael ſuū debitū feciſſet.
nā hec cōditio intelligebat̃ in ꝓmiſſo ſed nō fecit. ꝓpt̃ qd̓ tem
plū et ciuitas nō fuerūt tūc edificate ſꝫm modū Ezechieli oſtē/
ſū. tn̄ ꝓpter aliqͥs bonos de filijs iſrl̓ fuit ciuitas reedificata ⁊
tēplū. minoris tn̄ capacitatis ⁊ nobilitat̓ qͣſi incōparabilit̃ qͣꝫ
fuerat ꝓmiſſū. propter qd̓ Ezechiel in fine dicte viſiōis videt̃
dixiſſe. ſ. xlviij. Amen. q. d. vtinā ſic fiat ⁊ nō impediat̃ p pec/
cata nr̄a. Qꝛ aūt filij iſrl̓ nō fecerint debitū ſuū ad obtinēdum
ītegre dictū ꝓmiſſū. ptꝫ: qꝛ data generali licētia p cyrū ꝙ om/
nes iudei de regno ſuo poſſēt in iudeā libere reuerti et ibi deo
ſeruire. multi tn̄ capti amore vxoꝝ qͣs ibi accepāt. et filioꝝ qͥs
ibi genuerāt et poſſeſſionū qͣs ibi acqͥſierāt noluerunt inde re/
uerti: ſꝫ magis elegerūt int̃ idolatras cōmorari. Silr̓ illi qͥ d̓ ca
ptiuitate redierūt in iudeā vxores ſuas hebreas legitimas cō/
tēpſerūt. et alienigenas ↄtra dei ꝑceptū duxer̃t: et nō ſolū vul
gares de ppl̓o h̓ fecerūt: ſꝫ etiā maiores. ſ. ꝑncipes et ſacerdo/
tes: vt hr̄. j. Eſdre. ix. Itē poſtea tp̄e machabeoꝝ multi de po/
pulo iſrl̓ et de ſacerdotib⁹ ad vitiū ↄtra naturā ⁊ idolatriā ſe
cōuerterūt: edificātes in hierl̓m ephebiā. i. ꝓſtibulū iuuenū.
et paleſtrā. i. ſcholā ad docēdū ritus ⁊ leges gentiliū: vt dictū
fuit. ij. Machab. Silr̓ poſtea veꝝ xp̄m eis ꝓmiſſū ex īuidia et
malignitate cōtēpſerūt: et ip̄m corā pilato negātes p man⁹ mi
litū ei⁹ occiderunt. ꝓpt̃ qd̓ eoꝝ ciuitas et tēplū que reedifica/
ta fuerāt p romanos deſtructa fuerūt: ſic̄ ꝑdixerat xp̄s Luc̄.
xix. Videns ieſus ciuitatē ſctām hierl̓m fleuit ſup eā ⁊c̃. Sic igi
tur patet vna expoſitio qͣꝫtū ad ſignificatū viſiōis imaginarie
ſupius deſcripte. Sed ↄtra dictā expoſitionē poſſet argui. pri/
mo de aqͥs egredientib⁹ d̓ tēplo ſanātib⁹ mare mortuū a ſua ſal
ſedine ⁊ amaritudīe. ſcd̓o de lignis ſup ripā fluminis facienti/
bus nouos fruct⁹ ſingul̓ mēſib⁹. hec enī vident̃ aliqͥb⁹ īpoſſi/
bilia. et p ↄn̄s ſi iudei redeūtes de babylone feciſſent erga de/
um debitū ſuū. nō tn̄ iſta fuiſſet eis facta: cū fuiſſēt īpoſſibilia:
vt aliqͥb⁹ videt̃. et ſꝫm hoc expoſitio dicta non videt̃ vera. Ad
iſta dicēdū ꝙ aliqͣ ſūt poſſibilia nature. ſ. illa q̄ naturali curſu
pagunt̃. et aliqua ſūt īpoſſibilia nature: poſſibilia tn̄ deo. Et
iſta ſūt in duplici gradu. nā aliqͣ ſunt ſupra naturā qͣꝫtū ad ſu/
um ꝑncipiū: nō tn̄ qͣꝫtū ad ſequēs exercitiū: ſic̄ ꝙ cec⁹ videat.
nā ei⁹ illuminatio eſt ſupra naturā: ſed exercitiū oculi dati per
miraculū eſt naturale: ſicut oculi dati p generationē naturalē.
Aliqua vo ſūt ſupra naturā vtroqꝫ mō: ſicut cōuerſio panis ī
corp⁹ xp̄i. ⁊ ꝑmanētia eiuſdē corꝑis ſub ſpecie panis. Poſſet
igit̃ dici vt videt̃ ꝙ dulcoratio maris mortui ſit poſſibilis ſꝫm
naturā. Nam aque maris colate p venas terre fiūt potabiles.
et hoc mō de aquis ꝓcedentib⁹ a mari oriunt̃ alibi fōtes dul/
ces. et ideo nō videt̃ incōueniēs ꝙ aque egredientes de tēplo
haberent virtutē naturalē dulcorādi aqͣs maris ꝑdicti. nā ī di
uerſis ꝑtib⁹ mūdi oriūt̃ fōtes: diuerſas virtutes et mirabiles
habētes. Hoc etiā cōfirmat̃ p ſcripturā. dꝛ enī Exo. xv. ꝙ aqͣ
marath in dulcedinē verſe ſūt p immiſſionē ligni qd̓ videt̃ ha/
buiſſe ad h̓ virtutē naturalē vt dictū fuit ibidē. Silr̓ dicēdum
de lignis qͥlibet mēſe fructificātibus. videm⁹ enī ꝙ aliqͣ ligna
et terre naſcētia fructificāt bis in anno: et forte plurib⁹ vicib⁹
in aliquib⁹ terris: et ſic forſitā poſſet hic dici de fructificatione
quolibet menſe. et dato ꝙ nō ſit aliqua talis arbor: non eſt tn̄
negandū qͥn de⁹ poſſet facere: ita ꝙ ꝓductio arboris eſſet ſup
naturalis. tn̄ fructificatio ſequēs naturalis eēt. et ſi hoc ab ali
quo neget̃: nō tamē negari poteſt quin de⁹ poſſet ēt de qualibꝫ
arbore fru

arbore fructū ꝓducere quolibet mēſe miraculoſe. ⁊ ideo ſi ꝑ/
dicte vie nō ſufficiūt: pōt dici ꝙ hoc beneficiū diuinū fuiſſet
iudeis cōtinuatū: ſi ergo deū debitū ſuū feciſſent: ſicut p. xl.
annos pauit eos manna in deſerto: et chriſtianis p orbē qua/
libet die dat corp⁹ ſuū et ſuū ſāguinē in ſacramēto eukariſtie.

Poſt ca. vl. in myſticatiōe vbi dꝛ in poſtilla: Propter qd̓

## Additio.

ezechiel in fine viſionis dicte. In hebreo nāqꝫ in trāſlatiōe chaldaica ſi
habet̃ ī hoc loco Amē. vn̄ nō debet ex hoc ſumi aliqd̓ argu/
mentum

Alia expoſitio poſtillatoris.

Alia vero expoſitio pōt accipi vt p viſionē imaginariā
ſupradictā nō intelligat̃ aliqͣ edificatio materialis ſꝫ
ſolū edificatio ſpūalis eccl̓ie in morib⁹ fide et ſacramētis. In
eccleſia vero que eſt ↄgregatio fideliū duplex eſt regnū. vnū
qͣꝫtū ad ſpūalia. et hoc deſignat̃ p edificiū tēpli. aliud aūt qͣꝫ/
tū ad tꝑalia. et hoc deſignat̃ p diuiſionē terre ⁊ edificiū ciui/
tatis circa finē libri. vtrūqꝫ tn̄ regnū eſt a deo. Igit̃ dico cum
beato Grego. qͣꝫtū ad h̓ qd̓ p montē in quo ꝓpha dꝛ dimiſſus
vel poſit⁹. ſ. xl. ca. intelligit̃ xp̄s de q̄ ſcribit̃ Dan̄. ij. Lapis q̄
pcuſſerat ſtatuā fact⁹ ē mōs magn⁹: ⁊ īpleuit vniuerſā terrā.
qd̓ exponit̃ de xp̄o a doctorib⁹ hebraicis et latinis. Sup iſtū
aūt mōtē fundat̃ eccl̓ia: ſic̄ ip̄e dic̄ Matth. xvj. Sup hāc petrā
edificabo eccl̓iam meā. i. ſup me. ⁊ hoc qͣꝫtum ad duplex regi
mē eccl̓ie ꝑdictū. Et ſicut ptꝫ ex ꝑcedētib⁹ ꝑmo agēdū ē de e/
dificio in ſpūalib⁹: qꝛ ꝑmo deſcribit̃ in ꝑcedentib⁹ ip̄m tēplū.
circa cui⁹ edificiū deſcribit̃ triplex mur⁹. ſ. exterior: medi⁹ ⁊ i/
terior. Per exteriorē vero qui circūdat oīa edificia: intelligit̃
ꝓtectio ſeu cuſtodia diuina cōplectēs. de q̄ muro dꝛ Eſa. xxvj.
Urbs fortitudīs nr̄e ſion: ſaluator ponet̃ in ea mur⁹ ⁊c̃. p mu
rū vero mediū intelligit̃ cuſtodia ſeu ꝓtectio angelica q̄ in/
cludit̃ ſub diuina. vn̄ dꝛ Pſ. cxxiiij. Mōtes in circūitu ei⁹. i.
angeli: vt dicit glo. Auguſtini q̄ ſunt in circūitu eccl̓ie p mo/
dū muri. p murū aūt īteriorē q̄ ē minoris ambit⁹ intelligit̃ ꝓte
ctio ſeu cuſtodia humana p ꝑlatos eccl̓ie ⁊ eoꝝ miniſtros: que
minoris efficacie eſt qͣꝫ angelica. De h̓ aūt muro ↄ malos ꝑla/
tos dꝛ Ezech. xiij. Nō oppoſuiſtis vos muꝝ p domo domini.
Intra muros iſtos eſt īgreſſus ex trib⁹ ꝑtib⁹: p qͣs intelligun
tur tres ꝑtes terre habitabilis. ſ. aſia: aphrica et europa. ex qͥ
bus ingreſſi ſunt eccl̓iam multi p ſuſceptionē fidei et ſacramē
toꝝ. ⁊ ingrediunt̃ de ꝑſenti: ⁊ ingredient̃ de futuro. De iſtis
vero trib⁹ terre partib⁹ dꝛ Hiere. xxij. Terra terra terra: audi
ſmonē dn̄i. de quib⁹ trib⁹ terre partib⁹ plures audierunt ſer
monē apoſtoloꝝ alioꝝqꝫ xp̄i diſcipuloꝝ cū effectu credendi.
Ex qualibet autē ꝑte triū ꝑtiū dictaꝝ ſūt tres porte in tribus
muris ex oppoſito ſe reſpiciētes: p qͣs ſignificāt̃ tres grad⁹ vl̓
ſtat⁹ veniētiū ad fidē. ſ. incipientiū q̄ deſignant̃ p portā exte/
riorē ſiue ꝑmā. ꝓficientiū q̄ ſignificant̃ p mediā vl̓ ſecūdā. ꝑ/
fectoꝝ q̄ deſignant̃ p tertiā vel interiorē. De portis iſtis dici/
tur Pſ. lxxxvj. Diligit dn̄s portas ſion ſup oīa tabernacula
iacob. Per tabernacula iacob intelligit̃ ſtat⁹ vl̓ grad⁹ fideli/
um tp̄e legis moſaice. p portas ſion ſtat⁹ vl̓ gradus fideliū tē
pore legis euāgelice: q̄ dicit̃ lex amoris. lex aūt vet⁹ lex timo/
ris. ꝓpter qd̓ porte ſion bn̄ dicunt̃ ꝑdilecte. In portis autē ex
terioribus nō ſūt edificia magna: ſed quedā domūcule ſup eas
edificate: vt. ſ. dictū eſt. p qd̓ deſignat̃ ꝙ ſtat⁹ incipientiū eſt
adhuc notabiliter impfect⁹. In portis autē medijs ⁊ interio/
ribus ſunt edificia pulchra. ad deſignandū ꝙ ꝓficientes ⁊ ꝑ
fecti habent maiorē pfectionē. pfecti iā actu ꝓficientes in po
tentia actui ꝓpinqua: ad qd̓ deſignādū ad portas medias ē
aſcenſus p ſeptē gradus tm̄. ad interiores vero ſeu tertias eſt
aſcenſus p octo gradus. Habet aūt quelibet ſex portaꝝ veſti/
bulū: porticū: duas frōtes ⁊ ſex thalamos. Per veſtibulū ꝑ/
cedēs porticū: intelligit̃ gratia ꝑueniēſ. de q̄ dicit̃ Pſ. lviij.
Miſcd̓ia ei⁹ ꝑueniet me. miſcd̓ia nāqꝫ dei ⁊ ei⁹ gr̄a ſunt idē. p
porticū vero gratia ſubſequēs. de qua dꝛ Pſ. xxij. Miſeri/
cordia ei⁹ ſubſequet̃ me. Ul̓ alit̃ pōt dici ꝙ p veſtibulū ⁊ porti
cū deſignat̃ volūtas bona ⁊ opatio ſctā: d̓ quib⁹ dicit Aug⁹.
ſup Johānē: Precedet velle: ſubſequet̃ pficere. Per duas
frontes que ſunt ad decorē ⁊ fortitudinē portaꝝ: ꝓpter qd̓ fa/
cte ſunt ad modū duaꝝ turrellaꝝ ex vtraqꝫ ꝑte cuiuſlibet por
te. deſignat̃ patientia in aduerſis: q̄ ſtabilit hoīem ne p īpatiē
tiā frangat̃. ⁊ modeſtia in ꝓſꝑis q̄ tenet hominē ne p ſupbiā
eleuet̃. De iſtis duab⁹ turrellis dꝛ Pſ. cxxj. Fiat pax in virtu
te tua: ⁊ abūdātia in turrib⁹ tuis. nā p patientiā in aduerſis:
⁊ p modeſtiā in ꝓſperis: acquirit̃ et conſeruat̃ abūdātia oīm
diuinoꝝ beneficioꝝ in nobis. Per thalamos aūt in quib⁹ ho
mines dormiunt ⁊ quieſcūt ītelligit̃ pax. vn̄ Pſ. iiij. In pa/
ce in idip̄m dormiā ⁊ requieſcā. Eſt aūt duplex pax. ſ. īterna ⁊
fraterna

fraterna. ideo dicunť thalami eſſe hinc ⁊ inde ex vtraq̄ ꝑte por
te et tres ex vna parte: q͛ pacē internā tria faciūt. Primū ē cō
ſciētia mūda: Eccl. xliiij. Homīes diuites in virtute pulchritu
dinis ſtudiū habētes pacificātes in domibꝰ ſuis. i. in ꝯſciētijs
ꝓprijs. Secūdū eſt amicicia diuina. Augꝰ. libro ꝯfeſſionū. In /
quietū eſt dn̄e cor meū donec requieſcat ī te. ⁊ Ps̄. cxviij. Pax
multa diligentibꝰ legē tuā. q̄ eſt lex diuini amoris. Tertiū ē ſuf
ficientia modeſta ꝑ quā aliq̄s ē ꝯtētꝰ his q̄ hꝫ: ⁊ ſic in ſe pacifi
catus. de quo pōt exponi qd̓ dr̄ Matth. v. Beati pacifici: q̄m
filij dei vocabunť. tales eni filij dei quodāmodo deo aſſimi/
lanť qui nō indiget aliquo extra ſe: ſed eſt ſibi ſufficientiſſimꝰ.
Siľr ex altera ꝑte porte ſūt tres thalami: q͛ tria faciūt pacem
fraternā. Primū ē humilitas vera. q̄ ītātū pacifica eſt ꝙ facit
pacifice habitare cū ſuo ꝯtrario: ⁊ h̄ eſt ſpeciale in hac virtute.
nā caſtus nō habitat pacifice cū luxurioſo: nec iuſtus cū iniq̄:
ſꝫ hūilis habitat pacifice cū ſuꝑbo: q͛ ſic̄ ſuꝑbꝰ vult dn̄ari: ita
vere humilis ſubijci: ⁊ ſic vterq̄ hꝫ qd̓ q̄rit: ⁊ ꝑ ꝯn̄s q̇eſcit. idō
dr̄ Ps̄. cxix. Cū is q̇ oderūt pacē erā pacificꝰ. i. cū ſuꝑbis. de
quibꝰ dr̄ Prouer. xiij. Inť ſuꝑbos ſꝑ iurgia ſūt. Secūdū ē eq̇/
tas iuſta ſine q̄ nulla ſocietas pōt eſſe pacifica: ſicut ptꝫ de ſoci
etate latronū q̇ ſūt aduerſarij iuſticie: niſi eni inter ſe iuſte diui
derēt ſpolia ſtatī īter eos oriretᷣ diſcordia. idō dr̄ Eſa. xxxij. Erit
opꝰ iuſticie pax. Tertiū ē taciturnitas debita q̄ tenet os clauſū
ne ꝓrūpat in ꝟba diſcordie ſeminatiua. vn̄ ꝑ oppoſitū dr̄ Eccl.
xxviij. Suſurro ⁊ bilinguis maledictꝰ. multos eni turbauit pa/
cē habētes. De quolibet aūt dictoꝝ thalamoꝝ pōt dici qd̓ ſcri
biť Deuť. xxxiij. Amātiſſimꝰ dn̄i habitauit cōfidēter in eo: q̄ſi
in thalamo morabiť tota die. q̇ eni deū vere diligit in dictꝭ tha
lamis iugiter cōmorať. Poſt expoſitionē portarū ꝓcedendū
eſt ad expoſitionē gaçophylatiorū q̄ ſupra deſcribunť eſſe cir/
ca pauimentū orientale. ⁊ dicunť eſſe. xxx. ꝑ que deſignať im/
pletio. x. p̄ceptorū tēporibꝰ tribꝰ neceſſaria. ſ. tꝑe legis nature:
⁊ tēpore legis moſaice: ⁊ tēpore legis euangelice. Denariꝰ au/
tem numerꝰ multiplicatus per ternariū cōſurgit in triceſimū.
Et bene dicunť gaçophylatia a gaça ⁊ phylaxe qd̓ eſt ſeruare.
nā ꝑ impletionē. x. preceptoꝝ cōſeruanť diuitie virtutū. Poſt
expoſitionem gaçophylatiorum ſequiť expoſitio menſaꝝ que
ſupra dicte ſunt octo. per q̄s deſignanť q̄ttuor ꝑtes vete. teſ. et
q̄ttuor noui. de q̇bꝰ tanq̄ꝫ de mēſis ſp̄ualibꝰ reficiť totꝰ ppľs
chriſtianꝰ: ſm̄ qd̓ dr̄ Deuť. viij. Nō in ſolo pane viuit hō: ſꝫ in
omni ꝟbo qd̓ egrediť de ore dei. Nr̄ aūt veť. te. in q̄ttuor par
tes diuidať dixi plenꝰ in p̄ncipio Gen̄. Diuidiť eni in libros
legales: hiſtoriales: ꝓphetales: et ſapientiales. Et cōſimiliter
diuiditur no. teſ. Nā librꝭ legalibꝰ corr̄ndēt. Euāgelia: hiſtori
alibus: Actꝰ apľoꝝ: Sapiētialibꝰ: Epľe pauli et epľe canoni
ce. ꝓphetalibꝰ autē Apoc̄. De qualibet aūt dictarū menſaruꝫ
p̄t dici qd̓ ſcribiť Prouer. ix. Sapia edificauit ſibi domū: ⁊ ex
cidit colūnas ſeptē: īmolauit victimas ſuas: miſcuit vinū: ⁊ ꝓ
poſuit mēſā ſuā. Scriptura nāq̄ ſacra eſt mēſa ſapie. Poſt ex
poſitionē mēſaꝝ ſeq̇ť expoſitio atrij interiorꝭ: in q̇ ſm̄ hebreos
q̄ttuor ponunť. ſ. altare holocauſtorū: gaçophylatia ſacerdo/
dotū hebdomadarioꝝ: ⁊ gaçophilatia cātoruꝫ ſiľr hebdoma/
dariorū ⁊ trāſitꝰ aquarū a latere altaris. Et q̄m edificatio ec/
cleſie ſp̄ualis nō ſolū cōſiſtit ī moribꝰ ⁊ refectiōe de mēſa ſacre
ſcripture: ſꝫ etiā in ſacramētis. idō per altare holocauſtoꝝ ītelli
giť euchariſtie ſacramētū: ī quo quotidie īmolať agnus q̇ tol
lit pctā mūdi. vn̄ dicit Augꝰ. in libro ſn̄iaꝝ Proſpi. Semel ī/
molatꝰ eſt xp̄s in ſemetipſo. ⁊ tn̄ q̄tidie immolať in ſacramēto
inq̄ꝫtū ꝑ hoc ſacramētū efficimur quotidie ꝑticipes fructꝰ do/
minice paſſiōis. vn̄ ⁊ in quadā dn̄icali orōne ſecreta dr̄: Quoti
ens huius hoſtie cōmemoratio celebrať: opus nr̄e redēptiōis
exerceť. de hoc aūt altari diciť Heb. xiij. Habemus altare de q̇
nō habēt edere poteſtatē hi q̇ tabernaculo deſeruiūt. i. cerimo
nias legis veteris obſeruātes. Et q̄m euchariſtie ſacr̄m cū di/
uinis laudibus eſt ꝯficiēdū. idō ꝓpe altare. ſ. in atrio interiori
ponūtur gaçophylatia ſacerdotū hebdomadarioꝝ ⁊ ſimiliter
cantoꝝ: per q̄ deſignanť merita celebrantiū ⁊ eis miniſtrātiū.
Per aquas ꝟo egrediētes de tēplo ⁊ trāſeūtes ad latus alta/
ris ſignificať ſacramētū baptiſmi. de q̇ dr̄ Iohel. iij. Fōs egre
diēť de domo dn̄i ⁊ irrigabit torrentē ſpinarū. Dicūť autē aq̄
iſte egrediētes de tēplo: ꝑ qd̓ tēplū ſignificanť duo p̄ncipales
nr̄e fidei articuli. ſ. articulus ſctē trinitatis ⁊ articulꝰ incarna/
tionis vt poſtea plenꝰ dicetur: q͛ baptiſmꝰ ſm̄ cōeꝫ eccľie for
mā conferť in noīe ſancte trinitatis: ſm̄ qd̓ dr̄ Matth. vl. Eū/
tes docete oēs gētes baptiçātes eos in noīe patrꝭ et filij ⁊ ſpiri
tuſſancti. Et q͛ in p̄mitiua eccľia fuit collatus in nomīe xp̄i: vt
habeť in Actibus apľoꝝ in pluribꝰ locis. qd̓ eſt nomē ſuppoſi
ti in quo vniunť natura diuina ⁊ humana. De duobꝰ aūt iſtis
ſacramē.

ſacramētis loquiť ſpecialiter Ezechiel ꝓpheta: q͛ ſūt ſp̄āli mo/
do ſacramēta noue legis inq̄ꝫtū xp̄s ꝑ ſe ea īſtituit ⁊ eis vſus
fuit in ſeip̄o. ⁊ hoc ptꝫ de ſacramēto baptiſmi in q̄ttuor euāge
lijs q̄ꝫtū ad vtrūq̄. ſ. inſtitutionē: ⁊ vſū ⁊ ſiľr de ſacramēto eu
chariſtie q̄ꝫtū ad eiꝰ inſtitutionē. q̄ꝫtū aūt ad eiꝰ vſum nō ha/
beť in euāgelijs exp̄ſſe: ſed hoc tenet cōitas eccľie: q͛ dr̄ Act.
i. Cepit ieſus facere ⁊ docere. ⁊ ideo ſicut prius baptiçari vo/
luit: ⁊ poſtea baptiſmū alijs īpoſuit. Sic in cena p̄mo corpꝰ ſu
um ⁊ ſanguinē ſūpſit: ⁊ poſtea diſcipulis ſumendū tradidit.
vnde dicit Hiero. ad Leſbiā: Dn̄s ieſus ip̄e ꝯuiua ⁊ cōuiuiū:
ip̄e comedēs ⁊ q̇ comediť. vn̄ ꝟſus: Rex ſedet in cena turba
cinctus duodena. Se tenet in manibꝰ: ſe cibat ipſe cibꝰ. Per
h̄ aūt duo ſacramēta q̄ principalia ſūt alia ītelliguntᷣ. Poſt
expoſitionē atrij īterioris ꝓcedēdū ē ad expoſitionē tēpli: et
q̄m edificatio eccľie ſp̄ualis nō ſolū ꝯſiſtit in moribꝰ ⁊ refecti/
one ꝑ ſacrā ſcp̄turā ⁊ ſacramētis: ſꝫ ēt in fidei articulꝭ. idō ꝑ tem
plū ſignificanť ſequētia: qd̓ diuidiť in tres ꝑtes. ſ. porticū: ſā
ctū ⁊ ſāctūſctōꝝ. Per porticū aūt ē ingreſſus ad alias ꝑtes: ⁊
ideo ꝑ ip̄am intelligiť articulꝰ vnitatis diuīe eſſentie: ⁊ arti/
culus ſue ꝓuidētie q̄ꝫtū ad p̄miationē boni ⁊ punitionē mali.
Fides eni iſtoꝝ articulorū ſēper fuit neceſſaria ad ſalutē. ⁊ ē p̄
ma ad aliorū credulitatē. vn̄ dr̄ Heb. xj. Credere eni oportet
accedentē ad deū: q͛ eſt: ⁊ inquirētibꝰ ſe remūerator ſit. Per
ſāctūſctōꝝ intelligiť articulꝰ ſctē trinitatis ſm̄ tres manſiōes
vnā ſuꝑ aliā ibidē exiſtētes. licꝫ āt nō ſit ibi ſuꝑioritas nec in
ferioritas ꝓprie: tn̄ filiꝰ eſt a patre: ⁊ ſp̄uſſctūs ab vtroq̄. ⁊ ſꝫ
hoc dixit Hilariꝰ ꝙ auctoritas eſt in patre: ⁊ ſubauctoritas in
filio. Per partē tēpli q̄ diciť ſanctū: intelligiť articulꝰ incar/
natiōis bn̄dicte: per quā tres nature in ſuppoſito filij ſūt vni
te. ſ. natura diuina: aīa rōnalis ⁊ caro xp̄i puriſſima: q̄ ſignifi
canť per tres manſiōes vnā ſuper aliā exiſtentes. diuina nā/
q̄ natura ſuperior eſt ad animā: ⁊ anima ad carnē. De iſtꝭ ꝟo
duabus tēpli partibꝰ pōt accipi qd̓ dr̄ Apoca. xxj. Et tēplum
nō vidi in ea. ſ. materiale: q͛ ſm̄ iſtuꝫ vltimū exponēdi modū
per viſionē Ezechielis nō ītelligiť aliqua edificatio materia/
lis: ſꝫ tn̄ ſpiritualis. ideo ſequiť ibidē: Dn̄s eni deus omnipo
tēs trinꝰ ī ꝑſonis tēplū eiꝰ eſt q̄ꝫtū ad ſāctūſctōꝝ. ⁊ agnꝰ. i. fi/
liꝰ incarnatꝰ q̄ꝫtū ad illā templi partē que diciť ſanctū. Per
pilarios autē tēpli ſignificanť miracula cōfirmātia fidē chri/
ſti. vnde dr̄ Marci vl. Illi autē ꝓfecti p̄dicauerūt vbiq̄ dn̄o
cooperāte ⁊ ſermonē ꝯfirmāte ſequētibꝰ ſignis. Per cochle/
as ꝟo quibꝰ aſcēdiť ſurſū poſſunt intelligi noticie creatura/
rū quibus aſcendimꝰ in cognitionē diuinorū: ſm̄ qd̓ dr̄ Ro.
i. Inuiſibilia ipſius. i. dei a creatura mundi. i. ab homine per
ea que facta ſunt intellecta ꝯſpiciunť: ſempiterna quoq̄ vir/
tus eius et diuinitas. Per appēditia ꝟo circa tēplum exiſtē
tia ītelligunť omnia alia ad fidē pertinētia: eo ꝙ ad p̄dictos
articulos annectuntur: ⁊ q̄m fides informis mortua eſt: niſi
fuerit charitate formata. ideo ex vna ꝑte tēpli poniť edificiū
auſtrale: ex qua parte prouenit eſtus caloris. ideo edificiū au
ſtrale ſignificat feruorē dilectiōis. Ex altera ꝟo ꝑte edificiuꝫ
aq̇lonare ex qua parte venit horror frigoris: ꝓpter quod edi
ficiū aq̇lonare ſignificat donū timoris filiaľ. Timor eni cau/
ſatiuus eſt infrigidatiōis ⁊ tremoris: vt patet ad ſenſū. dictū
eſt autē ſupra ꝙ in his duobus edificijs eſt habitatio ſacerdo
tum: quia ſacerdotes eſſe debent in continuo timore ne deuꝫ
offendant: et in feruore dilectionis vt ei deuote deſeruiāt. De
iſtis edificijs aquilonari ⁊ auſtrali pn̄t accipi qd̓ ſcribiť Cāť.
iiij. Surge aquilo ⁊ veni auſter perfla hortuꝫ meum: et fluēt
aromata illius. Per ſp̄ūꝫ eni timoris et dilectiōis fluūt aro
mata chariſmatū in horto eccľie militātis. per q̄ttuor autē a/
triola pn̄t ītelligi q̄ttuor virtutes cardīales. de quibꝰ atrijs
dr̄ Ps̄. lxxxiij. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuꝑ milia.
Nā cōmorari in exercitio virtutuꝫ cardinalium eſt optimū.
Per culinas ꝟo ſeu coq̇nas pn̄t intelligi doctores ſacre ſcri/
pture deuoti: q̇ ſuis meditationibus decoquūt cibū ſacre ſcri
pture vt alij poſſint inde refici: ſm̄ illud Ps̄. xxxviij. Cōca/
luit cor meū intra me: ⁊ in meditatione mea exardeſcet ignis.
Iſte ꝟo coq̇nē ſūt ī atriolis ſituate: q͛ doctores ſacri eloquij
debēt prius in quattuor virtutibꝰ cardinalibꝰ eſſe exercitati.
diciť eni. j. Ethico. ꝙ moralis ph̄ie non ē cōueniens auditor
ille qui eſt ſecutor paſſionū: ⁊ multo minꝰ eſt cōueniēs audi/
tor theologie: et adhuc multominus cōueniens eius doctor:
ꝓpť qd̓ ī ſacre ſcripture doctoribꝰ p̄exigiť exercitiū ī ꝟtutibꝰ
moralibꝰ. vn̄ dic̄ ph̄s. vij. phyſico. ꝙ ſedēdo ⁊ q̇eſcēdo fit aīa
ſci. ⁊ p. q͛ ſedēdo turbatiōes paſſiōm ⁊ q̇eſcēdo ab īpulſiōibꝰ
eaꝝ qd̓ fit ꝑ ꝟtutū moraliū exercitiū acq̇riť ſcāꝝ noticia ſcrip
turaꝝ. Pꝰ expoſitiōꝫ tēpli ⁊ edificioꝝ circa ip̄ꝫ. dicēdū ē q̇d ſi

gnificeꝶ ꝑ ſacerdotes in ipo miniſtrātes. Circa quos. v. ſūt ſuperiꝰ deſcripta. ſ. eoꝝ genꝰ: habitꝰ: modꝰ: victꝰ ⁊ actꝰ. Circa primū dicitꝰ ꝙ ſint filij ſadoch q̄ interpretaꝶ iuſtꝰ: ⁊ ꝑ hoc deſignaꝶ ꝙ eccl'ie miniſtri debēt eſſe ꝑ imitationē ſpecialē filij xp̄i: q̄ dr̄ anthonomatice iuſtꝰ: Eſa. xlv. Rorate celi d'ſup: ⁊ nubes pluāt iuſtū: aperiaꝶ terra et germiet ſaluatorē. vñ Johēs apoſtolꝰ de ſe ⁊ ſibi ſimilibꝰ dixit. j. canonica. iij. ca. Videte qualē charitatē dedit nobiſ pater vt filij dei nomiēmur ⁊ ſimꝰ. Q̄tū ad ſcōm dr̄ ꝙ habeāt veſtes lineas ꝑ quas in miniſtris eccl'ie deſignaꝶ mētis ⁊ corꝑis puritas. ⁊ ſubdiꝶ: Et femoralia linea operiāt turpitudinē carnis ſue. ꝑ qd̄ ſignificaꝶ ꝙ in miniſtris eccl'ie nihil turpitudīs aut diſſolutiōis in verbo geſtu vel facto debeat apparere. vñ dr̄ Exo. xix. Sacerdotes q̄ accedūt ad me ſctificentꝶ ne ꝑcutiā eos. Diciꝶ ēt. ſ. de ſacerdotibꝰ ꝙ ī alijs veſtibꝰ miniſtrēt in tēplo ⁊ in alijs habitēt cū ppl'o: qd̄ īpletū videꝶ ī nouo legis ſacerdotio. Q̄tū ad tertiū dr̄ ꝙ ſacerdotes comā nō nutriāt: ſed attondētes tōdeāt. ꝑ qd̄ ſignificaꝶ tonſura clerical' in miſtris noue legis. Q̄tū ad q̄rtū vero dr̄ ꝙ ſacerdotes ñ comedāt captū a beſtia nec ꝑ ſe mortuū. ꝑ qd̄ deſignatur qd̄ miſtri eccl'ie nō debent de rapina vl' alio illicito viuere. Itē de ſacerdotibus diciꝶ ꝙ vinū nō bibāt qñ ingreſſuri ſunt tēplū. ꝑ qd̄ intelligiꝶ ꝙ in miſtris eccl'ie eſſe debet ſobrietas et potiſſime qñ debēt celebrare. tūc enī in eis requiriꝶ nō ſolū ieiuniū eccl'ie ſed etiā nature. Q̄tū ad q̄ntū dr̄ ꝙ celebrēt diuiꝫ officiū ⁊ ꝙ doceāt ppl'm q̄d ſit mūdū ⁊ imūdū: ⁊ qd̄ ī dubijs determinēt q̄d ſit tenēdū. ꝑ qd̄ deſignaꝶ ꝙ ī miſtr' eccl'ie dꝫ eē deuotio ad debitē celebrādū diuia: ⁊ ſacre ſcripture cognitio ad docēdū ppl'm q̄ ſūt licita ⁊ q̄ illicita: ⁊ ad determinādū q̄ in dubijs ſint tenēda. iſta tñ cognitio maior req̄riꝶ ſm ꝙ aliq̄s ī eccl'ie gradu maiori ꝯſtituiꝶ. ꝓpt̄ qd̄ d' ignorātibꝰ dr̄ Oſee. iiij. Quia repuliſti ſciētiā repellā te: ne ſacerdotio fūgar' mihi.

In myſticatiōe vbi dr̄ in poſtil. Per aq̄s ꝟo egrediētes de (tēplo.

**Additio.** De iſtis aq̄s egrediētibꝰ de tēplo plura ponunꝶ in l'ra q̄ poſtillator p̄termiſit ī exponēdo. vt cū dic̄: Meſus ē mille cubitos ⁊ traduxit me ꝑ aquā vſq; ad talos. Rurſūq; mille mēſus ē ⁊ traduxit me ꝑ aquā vſq; ad genua ⁊c̄. q̄ oīa ñ ē ītelligēdū ſuꝑflue fuiſſe dctā. vñ ī glo. ſub q̄libet ꝑticulariū h̄ ꝯtētoꝝ myſteriū tradiꝶ. ⁊ idō ſi q̄s de his q̄ h̄ ꝯtinēꝶ plenius vult īformari ad illā recurrat.

Poſtq̄ dictū ē de ſpūali edificatiōe eccl'ie q̄tū ad ſpūalē regimē ſeu ſtatū clericalē. Hic ꝯñr agiꝶ d' edificio eodē ꝓut ſpectat ad regimē tꝑale ſeu ſtatū laicalē. Circa qd̄ tria ſuꝑiꝰ ſūt deſcp̄ta. ſ. diuiſio terre: ꝯditio p̄ncipis ⁊ ciuitatis edificiū. Ad intellectū iſtoꝝ ſciēdū ꝙ nulla cōitas ꝓpl'i pōt ꝯuēienꝶ ſtare ſine ꝯſeruatiōe iuſticie. Eſt aūt duplex iuſticia: vt dr̄. v. Ethico. ſ. cōmutatiua ⁊ diſtributiua. Pria ꝓprie ē intꝶ ꝓpl'ares in emptiōibꝰ ⁊ vēditiōibꝰ ⁊ alijs iuſt' cōmutatiōibꝰ. ⁊ h̄ iuſticia locū hꝫ ī bōis mobilibꝰ ⁊ ēt in bōis īmobilibꝰ. Q̄tū aūt ad īmobilia dictū eſt. ſ. ꝙ dꝫ tribubꝰ. xij. diuidi terra ꝑ eq̄lia. ꝑ qd̄ ītelligiꝶ ꝙ ꝓpl'i xp̄iani dñt ad īuicē vti iuſticia cōmutatiua. cuiꝰ mediū attēdiꝶ ſm equalitatē q̄titat': vt habeꝶ. v. Ethico. ⁊ h̄ fit in bonis īmobilibꝰ qñ q̄libet hereditate ꝓpria ē ꝯtentꝰ: ⁊ nō accipit ꝑ violētiā ſeu fraudē de poſſeſſione alteriꝰ. vñ dr̄ Deuꝶ. xxvij. Maledictꝰ q̄ trāſfert terminos ꝓxi ſui: ⁊ dicet oīs ppl's Amē. Silr̄ in bonis mobilibꝰ dꝫ vti iuſticia cōmutatiua ꝓpl's xp̄ianꝰ. ⁊ q̄tū ad h̄ dr̄. ſ. xlv. Statꝰa iuſta ⁊ ephi iuſtū ⁊ batꝰ iuſtꝰ erit vobis ⁊c̄. De p̄ncipibꝰ aūt dr̄ ꝙ ſint ꝯtēti termīs ſue poſſeſſiōis. ꝑ qd̄ ītelligiꝶ ꝙ p̄ncipes xp̄iani debent eſſe contenti ſuiſ redditibus: ⁊ nullo modo grauare ꝓpl'm exactiōibꝰ īdebitis. vñ dr̄ Deuꝶ. xvij. de rege: Cumq; fuerit ꝯſtitutꝰ nō m'tiplicabit ſibi equoſ nec hēbit vxores pluri maſ: q̄ alliciāt animū eiꝰ: neq; auri ⁊ argēti īmēſa pōdera: ꝑ grauamē. ſ. ꝓpl'i cōgregata. ꝓpter qd̄ de faciētibus ꝯtrariū dr̄ Eſa. j. Pricipes tui infideles ſocij furū: oēs diligūt mūera: ſequūꝶ retributiōes: pupillo nō iudicāt. cā vidue nō īgrediꝶ ad eos. Principes igiꝶ vtunꝶ iuſticia cōmutatiua qñ ſūt ꝯtēti ꝓprijs redditibꝰ ⁊ ſilr̄ regni ſui limitibꝰ: ita ꝙ nō vſurpēt idebite ſibi alioꝝ regna in toto vl' in ꝑte. Juſticia vero diſtributiua ꝓꝑe ꝑtiet ad ſuꝑiores q̄ ſūt bonoꝝ ⁊ oneꝝ debitoꝝ ſubditis īpoſitores. ⁊ h̄ iuſticia nō attēdiꝶ ſm equalitatē q̄titat' ſꝫ ꝓportiōis: vt q̄libet honoreꝶ plus vel minꝰ ſic̄ valet: ⁊ puniaꝶ plus vel minus ſic̄ debet. Et de iſta iuſticia q̄tū ad ſacerdotes q̄ ſūt ſuꝑiores ī ſpūalibꝰ iā dictū eſt ꝙ debēt detmiare dubia: ⁊ ꝙ teneaꝶ eoꝝ ſn̄ia ꝑ quā vna ꝑs iuſtificaꝶ ⁊ alia ꝯdēnaꝶ. Q̄tū ad p̄ncipes āt dr̄ ī textu ꝙ faciāt iudiciū ⁊ iuſticiā in ꝓpl'o. ꝑ qd̄ deſignaꝶ ꝙ ad hoc tenenꝶ p̄ncipes xp̄iani plus q̄ p̄ncipes tꝑe ve. te. q̄ totꝰ ille ſtatꝰ fuit figuralis reſpctū no. te. ſic̄ dr̄. j. Coꝝ. x. Oīa in figura cōtigebāt ill'. Figura aūt deficit a ꝑfectiōe illiꝰ rei cuiꝰ eſt figura: ꝓpter qd̄ p̄ncipes xp̄iani debēt eē multo ꝑfectiores q̄ p̄ncipes iudeoꝝ tꝑe ve. teſta.

Circa tertiū. ſ. edificiū ciuitat' ꝑtꝫ ex fine libri ezechiel' qd̄ ī q̄dro deſcribiꝶ. ꝑ ciuitatē ꝟo q̄ dr̄ ciuiū vnitas. intelligiꝶ vnitas ppl'i xp̄iani in fide ⁊ ſacramentis eccl'ie. vñ dr̄ Epheſ. iiij. Vnꝰ deꝰ vna fides vnū baptiſma. Per h̄ aūt ꝙ ī quadro deſcribiꝶ: ſignificaꝶ ꝙ ꝓpl's xp̄ianꝰ exerceri dꝫ in q̄ttuor virtutibus cardialibꝰ. Diciꝶ eī. x. Ethic̄. ꝙ ītētio legiſlator' ē ciues facere bonos ſeu virtuoſos. Jn q̄libet āt latere ciuitat' deſcribunꝶ. iij. porte. ⁊ a. xij. tribubꝰ noīate. ⁊ ad q̄ttuor orbis ꝑtes equaliꝶ reſpiciētes. ꝑ qd̄ ītelligiꝶ ꝙ ad p̄ncipē xp̄ianū ad cuiꝰ officiū ſpectat p̄eſſe cōitati ciuiū: oēs xp̄iani ſibi ſubditi tā minores q̄ maiores ex q̄libet ꝑte regni ſui libeꝝ ad eū habeant acceſſū: tāq̄ ad ꝯſuatorē ⁊ defēſorē oīm. Et qm̄ ī h̄ ſūt dei miniſtri ⁊ eiꝰ vicarij: ſm qd̄ dr̄ ad Ro. xiij. Pricipes nō ſūt timori bōi oꝑis ſ; mali. ⁊ ſubdiꝶ: Miſtri eī dei ſūt in h̄ ipm ſuiētes. idō ſubdiꝶ ī fine libri: Et nomē ciuitat' ex illa die dñs ibidē: q̄ ciuitas non noīaꝶ a vicario: ſ; a p̄ncipali dño: ⁊ ſic cōitas ꝓpl'i xp̄iani denōiaꝶ a xp̄o. Circa ꝟo p̄dctā. ſ. edificiū tēpli: diuiſionē t̄re: ⁊ edificiū cītat' d'ſcp̄ti ſꝶ m'ſti nūeri detmiati cubitorū ⁊ calamoꝝ. d' q̄bꝰ ꝓbabiliꝶ p̄t dici ī generali ꝙ ꝑ ipos ītelligiꝶ certa q̄titas meritoꝝ ſm ꝯditiōes ⁊ oꝑa ꝑſonaꝝ. ſ; qm̄ iſta certa q̄titas ſoli deo nota ē q̄tū ad oīa. alijs ꝟo q̄tū ad aliq̄ q̄bꝰ q̄tum ſibi placuit reuelare. idō circa expoſitionē dctōrū nūeroꝝ ī ſpēali ⁊ ꝑtic'lari deſcēdē nolui: ſ; h̄ alijs relīq̄re q̄bꝰ reuelare voluerit ille. d' q̄ dr̄ Dañ. ij. Jpe reuelat ꝓfūda et abſcōdita: ⁊ nouit ī tenebr' ꝯſtituta. ⁊ lux cū eo ē: Cui laus ē honor ⁊ gl'ia ꝑ infinita ſcl'a ſcl'oꝝ amē.

Poſtilla venerabilis fratris Nicolai de lyra ſuꝑ Ezechielē ꝓpham finit.

**Incipit ꝓlogus ſctī Hieronymi in Danielē ꝓphetā.**

Danielē ꝓphetā iuxta ſeptuagita īterp̄tes dñi ſaluatoris eccl'ie nō legūt: vtētes theodotiōis editiōe: ⁊ hoc cur acciderit neſcio. Siue eniꝫ q̄ ſermo chaldaicus eſt: et q̄buſdā

Incipit expoſitio in ꝓlogum Dañ. fratris Britōis de ordīe poſtillator'.

Danielē ꝓpham ⁊c̄. Jſtū ꝓlogū dirigit Hiero. Paule et Euſtochio. ad quaꝝ petitionē trāſtulit librū iſtū. ⁊ cōtinet tres ꝑtes. Jn prima excitat ad attentionē ſignificās libri difficultatem vſq; ibi: Hec idcirco refero vt difficultatē vobis danielis oſtenderē. Jn ſecunda diſpōit ad docilitatē ſignificās libri ꝯtinētiā. ⁊ in quo ordīe ſit ve. te. q̄ incipit ibi: Qui apd̄ hebreos ⁊c̄. Jn tertia ꝑte captat beniuolētiā oſtēdēs operis vtilitatē. ibi: Vñ obſecro vos ⁊c̄. Q̄tū ad primā ꝑtē nota ꝙ oñdit libri difficultatē ex tribus. Primū eſt in cōparatione ad alioꝝ trāſlationē. ſ. Lxx. q̄ q̄ a ꝟitate diſcordat repudiata eſt. ⁊ hoc intēdit p̄mo cū dicit: Danielē ꝓpham ⁊c̄. Scōm eſt ex libri ſcriptura: q̄ l'ris chaldaicis nō hebraicis ſcriptꝰ eſt. ⁊ hoc ē qd̄ dicit: Sciendū quippe ⁊c̄. Tertiū eſt ex ſuo ſtudio ⁊ labore. qd̄ tertio exprimit dicēs: Deniq; ⁊ ego adoleſcentulꝰ. Jn ſecūda ꝑte q̄ incipit ibi: Qui apud hebreos ⁊c̄. diſpōit ad docilitatē ꝑ tria. Primū eſt q̄tū ad cōtinentiā huiꝰ libri. cōtinet enī liber iſte apocriphā ꝑtē: ⁊ hiſtoriā ſuſāne: hymnū pueroꝝ: ⁊ belis dracōiſq; fabulas: ⁊ q̄ nō reperiunꝶ ī hebraica veritate: ⁊ q̄ ꝯtra hoc opponanꝶ ab hebreis ponit Hiero. cū dic̄: Audiui ergo quēdā ⁊c̄. Secūdū eſt q̄tū ad ſitū huiꝰ libri ī ſerie libroꝝ vete. teſ. ⁊ hoc ē qd̄ dicit: Sed ⁊ hoc ꝑ qua re ⁊c̄. Tertiū eſt q̄tū ad ea q̄ opponunꝶ a porphyrio cōtra hūc libꝝ. Jn ibi: Que autem ex hoc ꝓpheta ⁊c̄. Jn tertia ꝑte q̄ īcipit ibi: Vñ obſecro vos ⁊c̄. captat beniuolentiā ſignificās operis vtilitatē. ꝓ qua rogat Paulā ⁊ Euſtochiū vt fūdant p̄ eo p̄ces ad dñm. ⁊ ſubdit ibi ꝙ parū curat de emuloꝝ iudicio q̄ in vtrāq; ꝑtē declināt aut amore aut odio. Et ſic iſte ꝓlogꝰ terminaꝶ. His viſis l'r̄e inſiſtamꝰ. b Sermo chaldaicꝰ ē. q̄ iſte liber fuit chaldaico ſermone et chaldaicis litter' ſcriptꝰ. c Quibuſdā ꝓprietatibꝰ. l'r̄e enī chaldeoꝝ numero ⁊ ſono cōcordāt cū hebraicis. diſcrepāt tñ caracteribꝰ. i. figuris. ſic dictū ē. ſ. circa p̄ncipiū expoſitiōis ꝓlogi ī libros regum.

Anno